...nario de por esta obra 40. ps.

348-414-90

BIBLIOTECA DE LA
CORTE SUPREMA
DE JUSTICIA
DE LA NACION

# IOSEPHI MASCARDI IVRISC. SARZANENSIS PROTHON. APOSTOLICI,

## CONCLVSIONES OMNIVM PROBATIONVM;

*quæ in vtroque Foro quotidie verſantur,*

IVDICIBVS, ADVOCATIS, CAVSIDICIS, OMNIBVS denique Iuris Pontificij, Cæſareique Profeſſoribus vtiles, practicabiles, ac neceſſariæ.

*QVIBVS CANONICAE, CIVILES, FEVDALES, CRIMINALES, cæteræque materiæ continentur. Per Ampliationes (vt dicitur) Limitationes, Intelligentiasq́ue Alphabetico ordine abundè digeſtæ.*

Magis receptis Doctorum opinionibus vbique hoc aſteriſco * notatis.

## Volumen Tertium.




AVGVSTÆ TAVRINORVM,

702.327

M DC XXIIII.

SUPREMA CORTE DE JUSTICIA DE LA NACION
BIBLIOTECA

P 200

# IOSEPHI MASCARDI
## IVRISC. SARZANENSIS
## PROTHON. APOSTOLICI.

Q

### CONCLVSIO MCCLIII.

### ARGVMENTVM.

**Qualem quis ſe, vel alium facit, talem ſe probare tenetur.**

### SVMMARIVM.

1 *Qualem quis ſe facit talem ſe debet probare.*
2 *Qualem quis alium facit, talem eum probare tenetur. Et cur. num. 3.*
4 *Qualem quis ſe, vel agendo, vel excipiendo facit talem ſe debet probare.*
5 *Fundamentum intẽtionis ſuæ, tam actor, quàm reus probare tenentur.*
6 *Actor prius debet probare ſuam intentionem, quàm reus ſuam exceptionem.*
7 *Reus ſemper intelligitur excipere ſub conditione, ſi actor probauerit.*
8 *Præſumptionem naturalem, qui habet pro ſe, non tenetur ſe probare talem, qualem ſe facit.*
9 *Notorium, vbi eſt, aliquem eſſe talem, qualem ſe facit, id probare non tenetur.*
10 *Notorium debet ſaltem allegari ab eo, qui in notorio ſe fundat.*
11 *Qualem quis ſe facit, talem ſe habet probare, parte opponente, ſecus ſi pars nihil opponat.*
12 *Notarium ſe aſſerens tunc id probare tenetur, quando pars negat.*
13 *Inſtrumenti copia minus ſolemniter ſumpta, fidem facit parte non opponente.*
14 *Patris teſtimonium, parte non opponente, pro filio probat.*
15 *Iudicium ſine ſubſtantialibus parte non opponente tenet.*
16 *Inſtrumentum mandati non legitimè comprobari videtur à parte non opponente.*
17 *Iudex parte non opponente vlterius aliquid requirere nõ tenetur.*
18 *Agnatum ſe dicens, talem ſe debet probare.*
19 *Compromiſſum petens, tanquam conſanguineus, ex diſpoſitione ſtatuti, quo cauetur, cauſas conſanguineorum cõpromitti debere, tenetur probare, ſe conſanguineum.*
20 *Agens ad retractum tanquam conſanguineus, conſanguinitatem, & eius gradum probare tenetur.*
21 *Agens tanquam ceſſionarius, debet probare ceſſionem.*
22 *Agens, vt procurator, debet probare mandatum.*
23 *Doctorem ſe aſſerens, id debet probare.*
24 *Facta non præſumuntur, ſed probari debent.*
25 *Agens tanquam proximior teſtatoris, debet proximioritatem probare.*
26 *Statutum, ſi velit dari fideiuſſionem inter omnes conſanguineos, petens eam debet ſe conſanguineum probare.*
27 *Agens tanquam hæres, vel filius, debet ſe hæredem, vel filium probare.*
28 *Qualem quis ſe facit, talis ſe debet probare, adeò quod tali probatione pendente, debitor in mora conſtitui non poteſt.*
29 *Accuſare volens tanquam talem, debet ſe talis probare.*
30 *Legitimatum ſe dicens, legitimationem debet probare.*
31 *Agens contra aliquem tanquam ſocium, debet eum ſocium probare.*
32 *Agens contra aliquem tanquam hæredem, debet illum hæredum probare.*
33 *Qualem quis alium facit multo magis eum debet talem probare, quando pro eo eſſet præſumptio naturalis.*

1 QValem † quis pro fundamento ſuæ intentionis ſe facit, talem ſe probare debet. l. non ignorat. vbi Bart. C. de accuſ. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 164. verſicu. & qui tanquam talis. Dec. conſil. 321. num. 2. & conſil. 376. num. 10. & conſil. 13. colum. 2. verſ. difficultas. Cæphal. conſil. 82. Rolan. à Valle conſil. 10. num. 24. lib. 3. Socy. iun. conſ. 86. num. 14. lib. 2. Pariſ. cõſ. 12. nu. 240. lib. 2. Tiraq. de retrac. lig. §. 1. gl. 17. nu. 1. Bal. cõſ. 89. nu. 3. li. 1. Marza. in epit. de fideicõ. par. 2. q. 53. in fi. Bal. in l. ſi ſine. ff. de iniuſ. rup. & irrit. teſt. & in l. ad prob. la 1. C. de prob. Natt. conſ. 513. nu. 13. in fi. Bal. conſ. 180. lib. 7. Dec. cõſ. 54. in prin. Natt. cõſ. 73. nu. 11. Soc. ſen. cõſ. 39. in prin. li. 1. Caſſ. cõſ. 178. li. 2. arg. text. in l. ſi mino. C. de in integ. reſt. l. cũ te. C. de ꝓb. Bar. in l. de æta. in 3. q. prin. ff. de min. l. 2. ff. de ꝓba.
2 Sicuti ècontra, qualem † quis alium facit, ſiue dicit

pro fundamento ſuæ intentionis, talem illũ probare
debet. Menoch. vbi ſup. nu. 156. Aret. cõſ. 32. n. 2. poſt
Bal. in l. per diuerſas. C. manda. facit tex. in l. ex ſtipul.
C. de ſent. vbi Bart. & in l. prolatam. C. eo. Gram. dec.
15. nu. 10. in fi. & nu. 13. Caſtr. conſ. 158 Soc. ſen. conſ.
122. lib. 2. Dec. cõſ. 409. aliàs 408. & in l. furioſum. nu.
19. C. qui teſtam. fac. poſſ. et conſ. 489. in fi. Menoch.
conſ. 82. nu. 218. lib. 1. Boer. deciſ. 10. num. 2. Anchar.
conſ. 332. num. 6.

3 Quorum dictorum † ea eſt ratio, quia fundamen-
tum intentionis ſuæ vnuſquiſq; probare debet, aliàs
ſuccumbet. l. ei, qui dicit. ff. de prob. l. actor, quod aſſe-
uerat. C. eo. tit. l. qui accuſare. C. de edẽ. Tiber. Decia.
reſp. 53. nu. 1. lib. 2. Soc. iun. conſ. 12. num. 3. lib. 1. Dec.
conſ. 564. nu. 1. Rol. à Val. conſ. 86. nu. 10. lib. 3. & cõſ.
56. nu. 33. eo. lib. Bart. in l. 1. C. ſi aduer. credito. Senat.
Pedemon. deciſ. 144. nu. 15. l. 2. & l. in exception. ff. de
prob. c. accuſ. 6. quæſt. vlt. c. 1. §. cum nat. vt eccleſ. be-
ne. c. inter dilectos de fid. inſtrum.

4 Ampliatur † vtrumq; dictum, vt procedat: ſiue agẽ
do, ſiue excipiendo, quis talem ſe, vel alium facit, vel
dicit. Soc. ſen. conſ. 24. col. 11. verſ. agens vero. lib. 1.
& conſ. 165. col. 4. verſ. 2. hæc concluſ. lib. 2. Dec. in l.
ſi emancipati. col. 2. C. de collat. Craue. conſ. 226. nu.
5 8. vbi dicit, quod tam † actor, quàm reus debet proba-
re ſuam intẽtionem: nam in exceptionibus reus acto-
ris partibus fungitur. d. l. in except. ff. de prob. cum ſi-
milib. Bar. in l. in illa. nu. 4. ff. de verb. oblig. Cor. con-
ſil. 181. nu. 1. lib. 2. Senat. Pedemont. deciſ. 50. num. 1.
Cæph. conſ. 48. nu. 11. Tib. Dec. reſp. 118. nu. 10. lib. 3.

6 Intelligo tamen † vt actor prius teneatur probare
ſuam intentionem, quàm reus ſuam exceptionem,
Senat. Pedemont. deci. 144. nu. 16. vbi dicit certiſſimi
iuris eſſe actorem primò probare debere ſuam actio-
nem antequam reus ſuas exceptiones præſtare coga-
tur, per tex. in d. l. qui accuſare. C. de edẽ. l. 2. & l. actor.
C. de prob. vbi habetur, quòd qui aliqua prędia vrba-
na, ſiue ruſtica ad ſe pertinere dicit, debet ſecundum
iudiciorum morem proſequi, quia poſſeſſori non in-
cumbit neceſſitas probãdi ad ſe pertinere, cum acto-
re in probatione ceſſante dominium apud poſſeſſorẽ
7 remaneat: ideò reus † excipiendo intelligitur ſemper
exceptionem proponere, ſub cõditione, ſi actor pro-
bauerit. glo. in l. non vtique. ff. de except. & in l. ſi qui-
dem. glo. 1. C. eodem, quam ſequitur Iaſ. in § item ſi
quis poſtulante. col. 4. Inſtit. de actio. & idem voluit
glo. in l. circa. in fi. ff. de prob.

8 Limita vtrunque dictum, † niſi dicens, vel faciens
ſe talem, aut agendo, aut excipiẽdo, haberet præſum-
ptionem naturalem pro ſe: nam tunc incumbit onus
probandi alteri contrarium. iuxt. gl. in rub. de reg.
iur. in 6. & in l. omnis diffinitio. ff. eo. tit. & colligitur
faciliimè ex adductis à nobis ſupra in concluſ. 222. &
alijs locis, dum tractauimus de bona fide, de bono, de
malo, et de ſimilibus, et ideò hanc limitationem in-
tellige ſecundum adducta ibidem, & præcipuè. in d.
concl. 222. et infr. in concl. qualitas.

9 Secundò limita † niſi conſtaret notoriè ſe eſſe talẽ
qualem ſe facit, vel illum eſſe talem, qualem quis di-
xit: nam ex quo notorium non indiget probatione,
qui illud deducit, releuatur tamen ab onere proban-
di. glo. in clem. appellanti, in verbo, aliàs cauſas. de
appel. glo. in l. ciues C. eo. Marſ. conſ. 38. nu. 1. Alexã.
conſ. 37. lib. 7. Bald. conſ. 229. num. 5. vol. 1. Innoc. in
10 c. tua nos. nu. 2. in fi. de cohab. cler. & mul. debet † ta-
men ab illo, qui in notorio ſe fundat ſaltem allegari.
glo. in d. clem. appellanti. Bald. in l. 1. col. vlt. ff. de ap-
pellat. Abb. in c. vt debitus. col. 1. eo. tit. Quod tamen
intellige, prout diximus in concluſ. 1106. & ſequẽtib.
vol. 2. vbi eſt proprius locus.

11 Tertiò limita procedere; concluſionem parte op-
ponente, ſecus ſi pars non opponat: nam tunc non te-
netur quis ſe talem approbare. Bart. & DD. in l. licet,
vbi Iaſ. col. pen. in 3. fallen. C. de procurato. & facit,
quod voluit Specul. in tit. de inſtrum. edit. in §. reſtat,
verſ. & ſcias, et verſ. et illud eſt notandum, vbi dicit
12 † quem aſſerens ſe eſſe notarium, tunc demum talem
ſe probare, debere, ſi de eo opponitur. Quòd placuit
Oldrad. conſ. 222. colum. 2. verſ. 4. obijcitur. Alex. cõ-
ſil. 166. colum. 2. verſ. & eſt de iure, lib. 2. et in conſil.
190. col. 1. lib. 7. Soc. conſ. 33. col. 1. verſ. ſecunda con-
cluſ. lib. 1. Iaſ. in l. Barbarius. col. 11. ff. de offic. prætor.
13 prout in ſimili eſt in copia † inſtrumenti minus ſolẽ-
niter ſumpta, quę tamen fidem facit parte non oppo-
nente, ita per Dec. in authen. ſi quis in aliquo docu-
mẽto. col. 4. ante medium. C. de eden. Idem videmus
14 in teſtimonio patris pro filio, † quod licet regulariter
non probet, parte tamen nõ opponente valet, & pro-
bat. Bart. in l. qui teſtamento. §. quæcunq; col. penult.
ff. de teſtamen. Dec. in l. qui iuriſdictioni. in fin. ff. de
15 iuriſd. omn. iudic. ſimile videmus in iudicio † carente
ſuis ſubſtantialibus, quod tamen tenet parte non
opponente de tali defectu. Dec. in l. vinum. col. pen.
16 ff. ſi cert. pet. idem videmus † in inſtrumento mandati
non legitimi, quod tacitè probari per partem vidẽ-
tur, quæ non opponit. Bart. & DD. & Iaſ. præcipuè. d.
l. licet vbi col. pen. 3. fallen. C. de procura. quæ omnia
cõprobauit. Crau. cõſ. 150. nu. 2. lib. 1. & prius conſil.
72. num. 1. et conſ. 122. num. 4. Innoc. in cap. veniens
de verbor. ſignificat. Dec. conſ. 36. in prin. Caſtr. in l.
ſcriniarios. C de teſtam. milit.

17 Amplia limitationem † adeò procedere, vt iudex
parte non opponente per ſe requirere non teneatur,
prout diximus in concl. 1092. nu. 5. vol. 2.

18 Primò ex principali primò dicto † infertur, quod
qui dicit ſe agnatum, & tanquam agnatus agit, debet
ſe probare agnatum. Dec. conſ. 13. col. 2. verſ. difficul-
tas. Cæph. conſ. 82. nu. 9. lib. 1. Rol. à Val. conſ. 10. nu.
14. lib. 3. Caſtr. conſ. 175. lib. 2.

19 Secundò infertur † quòd ſtante ſtatuto, quod cauſę
conſanguineorum compromitti debeant vſq; ad ta-
lem gradum, qui petit compromiſſum tanquam con
ſanguineus in illo gradu talẽ ſe probare debet. Dec.
d. conſ. 321. Alex. conſ. 82. lib. 2. Alc. de præſump. reg.
1. præſump. 28. nu. 1. Abb. in c. tuas nos. in 2. not. vbi
Bart. Alex. in 1. not. de conſang. & affin. Capra conſi.
156. in 1. dubio.

20 Tertiò infertur, quòd qui agit † ad retractum tan-
quam conſanguineus, non ſolùm debet ſe probare
conſanguineum, ſed etiam gradum conſanguinitatis
à ſtatuto requiſitæ. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 16. nu.
1. & 4. vbi adducit multos alios, & hoc etiam voluit
Dec. conſ. 222. verſ. ſed hoc idem confirmatur, quo-
modo autem conſanguinitas, & gradus conſanguini
tatis probentur, vide concl. 411. 412. 413.

21 Quartò infertur quod qui agit † tanquam ceſſiona-
rius debet probare ceſſionem. Iaſ. in l. admonendi. nu
me. 144. ff. de iureiur. quod dicit fuiſſe de mente Bal.
in l. 1. C. de procur.

22 Quintò infertur, quòd † qui agit tãquam procura-
tor debet probare mandatum. Alex. conſ. 43. num. 2.
lib. 7. conſ. 88. colu. n. pen. verſ. prætereà. lib. 5. Ruin.
conſ. 105. num. 7. lib. 4. Bart. Cuman. Imol. Caſtren. &
Alex. in l. de pupillo. §. qui procurator. ff. de ope. nou.
nunc. Dec. conſ. 437. num. 2. Bart. in l. ſi quis in filiab.
ff. depoſiti. & de hoc ſatis diximus concl. 1007. vol. 2.
et prius conſ. 975. quibus locis ampliat. limit. et cæte-
ra ad hanc materiam pertinentia traduntur.

23 Sextò infertur, quòd Doctorem † ſe aſſerenti in-
cumbit onus probandi, quia iſtud eſt facti, et facta nõ
præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiu. et poſt-
limin. reuerſ. capit. cum Ioannes. §. verum reſpon-
ſionem iſtam, de fide inſtrumentorum. Corn. con-
ſilio centeſimooctuageſimoprimo. col. 9. verſic. nec
obſtat. volum. 2. cum alijs adductis in concluſio. 732.
volumine ſecundo, ex quo generaliter dici poteſt.

24 Quòd omnia ea,† quæ in facto conſiſtunt,nunquã præſumuntur, ſed probari debent, prout diximus.d. concluſ.732.

25 Septimò infertur,† quod qui agit tanquam proximior teſtatoris,debet ſe probare proximiorem.Dec. conſ.321.nu.2.Rol.à Val.d.conſ.10.num.25.Ioſeph. Ludo.concl.14.illat.53.Ancha. in ſimil.conſ.52.vbi
26 infert† ad caſum ſtatuti requirentis dandam eſſe fideiuſſionem inter omnes conſanguineos ſequuta rixa inter [illegible]os ex iſtis conſanguineis,quod qui petit fideiuſſi[illegible]m tanquam conſanguineus,debet probare ſe conſanguineum,facit etiam in ſimili dictum Alexã. conſ.82.lib.7.Dec.conſ.311.Fulg.conſ.184.Alc.in tract.præſump.28.nu.7.cum apoſt.in lit.B.ſed de hac illatione vide, quæ diximus in concl. proximior.

27 Octauò infertur, ꝙ† qui agit tanquam hæres, vel filius, debet ſe probare hæredem, vel filium.Dec.d. conſ.321.nu.2.Soc.iun.conſ.86.nu.34.lib.2.Pariſ.cõſil.22.nu.240.lib.2.Menoch.de adipiſ.poſſ.remed.3. nu.164.Ceph.conſ.82.nu.8.lib.1.Rol.à Val.d.conſ. 10.nu.23.lib.3.Ang.in l.liberorum,in prin.in verſ.finaliter conclude.ff.de his, qui not.infam.Bal.conſ. 180.vol.3.Dec.conſ.54.nu.1.Ruin.conſ.57.nu.4.cũ
28 ſeq.vol.5.Burſ.conſ.88.nu.5.vol.1. & pendente† tali probatione debitor non poteſt cõſtitui in mora.Bar. in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti.& declarat Boer.dec. 10.nu.5.& ſi petat depoſitum aliquod, vt hæres, non obtinebit antequam ſe doceat talem Mãd.de Alba, conſ.3.nu.10. de qua illatione vide, quæ diximus ſupra concluſ.786.vol.1.

29 Nonò infertur,ꝙ qui tanquam talis† vult accuſare aliquem,dẽt probare ſe talem.l.non ignorat.C.de his,qui accuſ.non poſſ.vbi Bar.Menoc.de adipiſ.poſſeſſ.d.3.remed.nu.164.verſ.& qui tanquam talis.

30 Decimò infertur,ꝙ qui vult agere† tanquam legitimatus,talem ſe probare debet.Socy.ſen.conſ.39.in prin.lib.1.quem refert, & ſequitur Menoch. vbi ſup. nu.165.Natt.conſ.42.in prin.Rol.à Val.conſ.33 nu. 14.& ſeq.lib.3.vbi reprehendit Crau. contrarium tenentem in conſ.166.quam ſententiam contra Crau. approbat Ioſeph.Lud.deci.Peruſina 18.in nu.28.par. 1.rationibus ibi per eum.

31 Ex ſecũdo dicto principali† põt inferri, ꝙ qui vult agere cõtra ſocium debet probare eum ſocium. An-
32 char.conſ.332.nu.6.ſicuti qui vult experiri† contra hæredem debitoris ſui,debet illum reum conuentum eſſe illius ſui principalis creditoris hęredem probare. ita Aret.conſ.32.nu.2.poſt Bald.in l. per diuerſas.C. mand.Menoch.de adipiſc.poſſ.vbi ſup.nu.166.

33 Amplia,vt tanto magis† procedat ſupradicta illatio,quando contra dicentem aliquem eſſe talem extaret præſumptio naturalis,vt quia aſſereret aliquem eſſe de mentem,malum & huius generis ſimilia. Nã tunc ipſi incumbit onus probandi, cum habeat contra ſe intẽtionem fundatam.iux.gl.in rub.de reg. iur. in 6.& in l.omnis diffinitio.ff.eo. & nos vbique diximus in illis concluſionibus, in quibus euenit tractari de naturali præſumptione.

## CONCLVSIO MCCLIV.

### ARGVMENTVM.

**Qualitas non præſumitur, ſed probanda eſt, & in quibus caſibus ex qualitate præſumatur.**

### SVMMARIVM.

1 *Qualitas eſt accidẽs,nec ſubſtantiã attingit,aut immutat.*
2 *Accidentia non præſumuntur.*
3 *Qualitas ab allegante probanda eſt.*
4 *Qualitas optimè probatur,probata prius ſubſtantia.*
5 *Qualitas facilè probatur,ſi de ſubſtantia prius conſtat.*
6 *Qualitas præſumitur facilius, quam ſubſtantia.*
7 *Mandati qualitas temporis diuturnitate poteſt præſumi.*
8 *Actus ſubſtantia temporis diuturnitate non præſumitur ſed ea probata,facilè præſumitur ſolemnitas.*
9 *Statuto, vel diſpoſitione aliquam qualitatem requirente vti volens, debet requiſitam qualitatem probare.*
10 *Fundans ſe in ſtatuto, debet probare omnes qualitates ab eo requiſitas.Et cur.nu.11.*
12 *Statutum requirẽs teſtes omni exceptione maiores, ad hoc vt habeat locum,debet iſta qualitas in teſtibus probari.*
13 *Teſtiũ optima opinio,vbi eſt cauſa inductiua plenę probationis,de optima opinione eſt articulãdum,& probãdũ.*
14 *Statutum volens probare mortem per teſtes de fama, omni exceptione maiores, non habet locum: niſi iſta qualitas probetur.*
15 *Statutum requirens probari per teſtes electę conditionis, vel legitimæ ad hoc,vt habeat locũ, debet qualitas iſta probari,& nu.16.ibid.*
17 *Teſtes bonæ conditionis,& famæ,vel fide digni,vbi requirunt à ſtatuto,dẽnt iſtæ qualitates ꝓbari,& nu. 18. ibi.*
19 *Qualitas à ſtatuto requiſita in teſtib.debet probari, præcipuè,ſi propter illam qualitatẽ ſtatutum pęnam augeret.*
20 *Qualitas à lege, vel ſtatuto requiſita, tunc multo magis probanda eſt, quando iſta qualitas reſpiceret factum.*
21 *Statutum,ſi puniat abducentem mulieres honeſtæ vitę, cõditionis,& famæ ad hoc,vt habeat locum,debet iſta qualitas probari.Contr.ibid.nu.22.Concil.nu.24.*
23 *Mulier in dubio præſumitur honeſtæ vitæ, & famæ.*
25 *Statutum,ſi puniat delictũ commiſſum in ſtrata, & probetur commiſſum in via,ſtatuti pœna locum non hẽt.*
26 *Statutum,ſi puniat occidẽtem diſtrictualem in alieno territorio,non habet locũ, niſi occiſus diſtrictualis probeť.*
27 *Statutum,ſi velit procedi contra famulos de furto ad querelam dominorũ,non facta querela procedi non poterit.*
28 *Statutum,ſi puniat vulnerantem animo occidendi, & ex propoſito,non habet locum: niſi iſtæ qualitates probẽtur.*
29 *Statutum puniens admonitum ne arma ferat, ad hoc, vt habeat locum, debet monitio probari.*
30 *Statutum puniens percutientem cum ſanguinis effuſione, non habet locum, niſi effuſio probetur.*
31 *Statutum puniens aliquem damnum dãtem in aliquo territorio,non habet locum: niſi probetur damnum datum in illomet territorio.*
32 *Statutum remittens ad reſcindendam venditionem agnatos:niſi moniti fuerint,habet locum,niſi ex aduerſo monitionem interueniſſe probatum fuerit.*
33 *Conditio,de qua in c.ſæpe,de reſt.ſpol.ad hoc,vt habeat locum,qualitates ab ea requiſitæ probandæ ſunt.*
34 *Minor volens vti habilitate ſibi à ſtatuto conceſſa cum aliqua qualitate,debet iſtam qualitatem probare.*
35 *Statuto diſponente, tunc eſſe locum lucro dotis, quando matrimonium fuit contractum per verba de præſenti, & per annulli ſubarrationem,vti volens,debet iſtas qualitates probare.*
36 *Maritus,cui ſtatutũ cõcedit lucrũ dotis, qñ mulier haberet patrimoniũ tpe cõnubij,dẽt iſtã qualitatẽ probare.*
37 *Propinqui vocati ad ſucceſſionem cum aliqua qualitate, debent illam qualitatem probare.*
38 *Minor,qui ex diſpoſitione non poteſt obligari,niſi ſub certa forma,ad hoc,vt obligetur debet illa forma probari.*
39 *Statutum excludens fęminas dotatas extãtib.filijs, vel nepotib.ad hoc,vt hẽat locũ,debẽt iſtæ qualitates probari.*
40 *Minor intentans aliquod remedium minori competẽs, debẽt ſe minorem probare.*
41 *Fiſcus agens contra aliquem, tanquam nõ ſeruauerit proclama,debet huiuſmodi contrauentionem,cum omnibus qualitatibus in proclamate contentis probare, alias non poteſt ſequi condemnatio,vt ibid.nu.42.*
43 *Mulier,ſi ex diſpoſitione ſtatuti ſub certa pœna ſine conſenſu patris nubere non poteſt,non condemnatur, niſi probetur conſenſum non interueniſſe.*

44 Statutum puniens Notarios contractus illicitos ſcienter facientes,non habet locũ:niſi iſtæ qualitates probentur.
45 Qalitas requiſita à ſtatuto, vel lege, probanda eſt ad hoc, vt habeat locum,etiamſi tractetur de intereſſe publico.
46 Statutum puniens delinquentem cum aliquibus qualitatibus, non habet locum etiamſi reus delictum confiteatur, ſine illis qualitatibus.
Et non poteſt reus condemnari,ſed omnino abſolui debet, vt ibidem nu. 47.
48 Qalitates à ſtatuto requiſitæ probandæ ſunt, etiamſi reus fateretur omnia in inquiſitione contenta veræ eſſe.
Et cur.ibid.num. 49.
49 Reſponſio generalis,non refertur:niſi ad principalem.
50 Qualitas requiſita probanda eſt ẽt in cauſis beneficialib.
51 Qualitas à ſtatuto requiſita,tunc demum probanda eſt ab intẽtante illud,ſi eſt de ſubſtãtia actionis ab eo ppoſitę.
52 Qualitas,vbi ea remota non alteratur factum, vel ſpecies criminis,non eſt probanda.
53 Qualitas adiecta,vbi delictum alterat,& eius pęnam: niſi probetur, reus abſoluitur.
54 Cauſa in reſcripto,vel libello appoſita, quãdo ſit probãda.
55 Negatiuam proponens,non videtur ſe aſtringere ad eam probandam.
56 Qualitatem propoſitam probare non tenetur,qui in libello poſuit clauſulam.Non ſe aſtringens,&c.
Contr.nu.57.ibi.Concil.nu. 58.ibi.
59 Agens,vbi apponit clauſulam in libello,ſuper quibus omnibus,& ſingulis, &c. non habet neceſſe omnes qualitates expoſitas probare.Contr. nu. 60. ibid.
61 Qualitate delicti non probata,poteſt reus de delicto ſimpliciter condemnari,ſi accuſator petijt eum condemnari ſecundum formam iuris,& ſtatutorum. Contr.ibi.n.62.
63 Appoſita in principali diſpoſitione, in acceſſorijs clauſulis repetita videntur.
64 Recedere, quis non videtur à præcedentibus, maximè incontinenti.
65 Qualitate expreſſa non probata, poteſt reus de delicto ſimpliciter condemnari, quando accuſatus dicit in fine libelli,ſaluo iure addendi,minuendi,corrigendi, &c.
Contr.vt ibid.nu.66.ac 67.
68 Actor qualificatiuè deducens aliquid ſubiuncta clauſula, & omnes alias mihi competentes exceptiones oppono, nõ videtur ſe aſtringere ad probandas omnes qualitates ſpecificatas.Contr.vt ibid.nu. 69.
70 Reus etiam non probans qualitatem à ſe deductam, actore non probante abſoluitur,& cur.nu. 71.
72 Accuſans de delicto, cum quibuſdam qualitatibus,ſi illas cum delicto non probat ſuccumbit.
73 Accuſans aliquem,quod occiderit Seium,ſi probat eum per alium feciſſe,reus abſoluitur.
74 Aſſerens factum eſſe aliquid certo tempore, tempus illud probare debet.
75 Accuſatio,ſi fiat de delicto, tanquam commiſſo tali loco, vel tempore,ſi probetur de alio loco, vel tempore reus abſoluendus eſt.
76 Accuſatus,quod mãdauit delictum committi,ſi probatur quod tantum inſtigauit,condemnari non poteſt.
77 Accuſatio,ſi eſt facta de vulnere cũ cicatrice,& probatum eſt de vulnere ſimpliciter,accuſator ſuccumbit.
78 Qualitas deſcripta in inquiſitione,ſi non probetur cũ delicto,reus condemnari non poteſt. Ratio.ibid.nu.79.
80 Iudicis inquirẽtis officium,ſuccedit in locum accuſatoris.
81 Exceptiones,quæ poſſunt opponi contra accuſatorem,poſſunt opponi contra iudicem inquirentem.
82 Statutum repellens accuſationem, videtur etiam repellere officium iudicis inquirentis.
83 Qualitas deducta in accuſatione,ſi non probetur, tunc demum reus abſoluitur,ſi qualitas illa facit variare effectum condemnationis.
84 Qualitate in accuſatione deducta,non probata,reus de delicto,de quo conuictus eſt, ex conſuetudine non damnatur.
85 Aſſerens ſe talem,debet ſe talem probare.
86 Qualitas naturalis ſemper ineſſe præſumitur.
87 Qualitas eo ipſo probatur, ꝙ contrarium non probetur.
88 Qualitatem eius cum quo contrahit,quis ſcire præſumit.
89 Eligentes præſumuntur habere notitiam electi.
90 Creditor acceptans debitorem non ſoluendo, non excuſat.
91 Contrahens cum alio, præſumitur ſcire conditionem eius.
92 Scientia præſumitur in his,quæ quis inquirere tenetur.
93 Qualitas perſonæ facit contra, vel pro ea præſumi.
94 Diligens omnia diligenter facere præſumitur.
95 Bonum præſumitur,à bono factum:& malum à [illegible]lo.
96 Vſurarius contractus factus præſumitur, ab eo, [illegible]i illos facere conſueuit.
97 Probationũ fides minuitur,cõtra virũ clarũ,& honeſtũ.
98 Nobilitas alicuius tollit ſuſpicionẽ ſiniſtrã aduerſus illũ.
99 Poteſtas credens bono viro excuſatur.
100 Bona fama alicuius, excludit ſiniſtram præſumptionem contra illum, & nu.101.ibid.
102 Perſonarum qualitas facit præſumi, an quis admiſſus ſit de iure,vel ex gratia.
103 Perſonarũ qualitas facit pręſumi bonam,vel malã fidẽ.
104 Qualitas pſonæ,facit,vt de ea benè,vel malè præſumat.
105 Iudicis arbitrio relinquitur,quid ex perſonarum qualitate iudicandum ſit.
106 Alimenta ex perſonæ qualitate decernuntur.
107 Inimicus ſemper præſumitur de inimico malè cogitare.
108 Vtilitas magna,vel parua in aliquo negotio, quę dicatur,ex qualitate perſonarum æſtimandum eſt.
109 Sermonis qualitas oſtendit qualitatem loquentis.
110 Qualitas ſubiecti,nõ ſolum facit præſumi circa illud ſubiectum,ſed etiam circa proueniens ab eo,& ideò talis filius, qualis pater præſumitur.
111 Nobilitas,& educatio, ad faciendam fidem adhibentur.
112 Patris qualitas facit præſumi circa filium.
113 Filius habilis præſumitur ex habilitate patris.
114 Qualitas inſtrũ percutientis facit pſumi aĩum occidendi.
115 Qualitas rei facit pręſumi,qđ ſit actum inter cõtrahẽtes.
116 Pretij qualitas oſtendit, an contractus ſit locationis, vel venditionis.
117 Pretij qualitas facit id non comprœhendi in contractu, quod alias comprœhenderetur.
118 Qualitas operarũ oſtendit,qđ ſit aſſignãdũ pro mercede.
119 Qualitas rei legatæ oſtendit voluntatem teſtatoris.
120 Qualitas furantis,& eius,cui factum eſt furtum,colligitur,an furtum ſit magnum,vel paruum.

1 Qualitas † quæ propriè eſt accidens, nec ſubſtantiam attingit,aut immutat,teſte Bal.in l.eius,qui in Prouincia,ad ff. ſi cert. pet.& in l.2.col.1.C.de bon.poſ.ſec.tab.Menoc. cõſ.
2 35.nu.31.non præſumitur. † Accidentia etenim non præſumi,nos docet gl.in l.ſi vero.§. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog.Menoc.ad multa inferẽs,& hoc
3 idẽ animaduertit.in cõſ.1.nu.121.ideò † ab allegante probanda venit Pariſ.cõſ.152.nu.5.vol.4. DD. in l. q accuſ.C.de eden.Bart.in l.2.§.diẽ.ff.queãdm.teſt.aperiant.Marſ.conſ.7.col.pe.Pariſ.conſ.96.num.9.lib.1. Soc.iun.conſ.22.nu.11.lib.1.gl.in l.mancip.in verbo aduocãdũ,& ibi Iac.But.Ful.& Caſt.C.de ſer.fug.Io. And.in c.1.in ver.Chriſtianorũ,de homic. Bal. in l.ſi qs nõ dicã rapere.col.3,verſ. iſtis oĩb.C. de epiſ. & cler.latiſſimè Tiraq.de r[illegible]ct.lignag.§.8.gl.7. nu.1. & 2.faciunt ad no.in l.ait prætor.§.docere. ff. vi bon. rap.l.nõ ignorat.vbi Bal.C.q accuſ.nõ poſ.Bal.conſ. 447.col.1.li.5.Cur.iun.cõſ.124.nu.11. Pariſ. cõſil.17. nu.18.li.1.Crau.conſ.125.nu.3.Menoc.conſ.1.n.249.
4 Optimè aũt pbabitur † qualitas probata prius ſubſtãtia,ſiue ſubiecto, ſine quo nulla qualitas eſſe põt, l.2.ff.de vſufr.& Bart.in rub.ff.eo.DD.in l. certi condict.§.quoniam.ff.ſi cer.pet.Bal.in l. oĩum.cir. med. pe.col.C.de teſt.l.eius,q.ff.quòd ſi ſtipulatus.ff.ſi cer. pet.Bal.cõſ.121.lib.2.vbi infert ad propoſitũ,ꝙ quis non poterit probari fur manifeſtus: niſi probet, ꝙ ſit fur,& idẽ de meretrice publica:quod ẽt placuit Dec.

con-

conſ.508.nu.5.Balb.in tract.præſcrip.in 2.par.l. Cel-
ſus.nu.24.Crauet.de antiq.temp.vlt. par. primæ par-
tis prin.nu.24.& in 2.par.nu.63.& in 3.par. nu. 22.re-
fert peritiſſimus Menoch.conſ.93.nu.15.qualitatem
5 facilè probari † ſi de ſubſtantia conſtat, facilius tamē
6 inducitur † præſumptio qualitatis alicuius actus,quā
ſubſtantiæ. Ang.in l.ſi cer.annis.C.de pact.quē refert,
& ſequitur Socy.conſ. 164. nu.10.vol.2.Rim.latè in
cōſ.254.nu.1.& idē probatur ex his, quæ habentur in
l.ſi filius.C.de pet.hær.& in l.ſciendum.ff.de verbor.
oblig.Cęph.conſ.170.nu.26.vbi infert, quod licet tē-
7 poris † diuturnitate mandatum non præſumatur, ta-
men præſumi poteſt eius qualitas, & Dec. conſ. 442.
8 nu.22.inquit,quod temporis diuturnitate † non præ-
ſumitur actus ſubſtantia, ſed vbi de ea conſtat facilè
præſumitur ſolemnitas.
Cùm igitur probanda ſit qualitas,ex quo non præ-
9 ſumitur,infertur,quòd † quotieſcunq; aliquis vult vti
aliqua diſpoſitione ſiue ſtatuto, quòd requirat certā
qualitatem ad hoc,vt ſtatutum ſiue diſpoſitio locum
habeat,& poſſit verificari in caſu ſuo,debet agens ex
illo probare qualitatem illam,nec ſufficit actum ſine
qualitate probare, cum aliàs ſuccumberet.d.l.prætor
ait.§.docere.ff.vi bonor.rap.Io.Andr.in d.c.1.de ho-
micid.lib.6.vbi cæteri canoniſtę.Iac.de Aret.& Cyn.
in l.2.C.de prob.Bart.in l.denunciaſſe.§. quid tamen
ff.de adult.Bal.in l.1.C.qui accuſ.non poſſ.& in l.edi
ta.in repe.C.de eden.Pet.de Anch.conſ.34.in fi. pen.
col.Rom.cōſ.90.Ant.Corſet.in ſing.incip. qualitas,
* glo.* communiter approbata,vt Corſe.ibid.teſtatur,
in c.notificaſti.33.q.5.Pariſ.cōſ.152.nu.4.& 5.vol. 4.
Bart.in l.1.§.ait prætor.ff.neq; in loc.pub.Dec. conſi.
13.& conſ.261.col.2.nu.2.Soc.conſ.57. nu. 13.col.6.
vol.3.vbi allegando multas deciſiones concludit, ꝙ
10 ille,qui fundat ſe † in aliqua diſpoſitione ſiue ſtatu-
to debet ꝓbare, & verificare omnes qualitates dicto
11 ſtatuto requiſitas,& ratio poteſt eſſe,† quia cum talis
qualitas ſit cauſa illius effectus,ſiue diſpoſitionis,ne-
ceſſario probanda eſt,prout voluit Franc. de Cur.cō-
ſil.16.17.& 18.col.4.cōſ.55.col.4.conſ.59.col. 7. cōſ.
73.col.2.hoc idem not.Alexā. conſ.3.conſ.79. vol.4.
conſ.1.vol.3.Signor.de Homod.conſ.135.col. fin. in
prin.& ad id plura cumulat Marſ.in rub.C.de proba.
col.86.verſ.& ideò dicunt,et in ſing.187.qualitas ap-
poſita,et diffuſius in l.ſi quis.nu.113.et 216. ſeq. ff. de
quæſt.Abb.et Fel.in c.licet cauſam. de probat. idem
Fely. in c.2.col.2.de reſcrip.vbi etiam Dec.nu.17.vbi
teſtatur hoc regulare eſſe,idem Fely.in c.examinata.
col. 3. de iud.
12 Ex quo primo ſubinfertur, † quod quando ſtatutū
requirit aliquid probari per teſtes omni exceptione
maiores,vt ſit locus ſtatuto, debet neceſſario interue
nire;et verificari in teſtibus illa qualitas, omni exce-
ptione maiores, ita Pariſ.in cōſ.152.nu.4.vol. 4. iuri-
bus per eū adductis,pro quo etiam facit, quod voluit
Ang.in l.negare.ff.quemadmod.teſtam. aperiāt. vbi
13 inquit, ꝙ quotieſcunq; † optima opinio teſtiū eſt cā
inductiua plenę probationis,quę aliàs plena nō eſſet:
tunc de optima opinione eſt articulandū, et proban-
14 dū,et infert ad ſtatutū Bononiæ,† diſponēs, quod ad
probationem mortis alicuius,qui extra territoriū de-
ceſſit,ſufficeret probatio per teſtes optimę opinionis,
deponentes de fama,nō erit probata mors: niſi probe
tur illos teſtes deponentes eſſe optimæ opinionis, et
fama, ꝙ dictū refert,et ſequitur Marſ.in ſuo ſing.187.
ad hoc idē allegans Cępol.in conſ.57.incip. Fran. in
15 vlt. col. idem erit † ſi ſtatutū exigat teſtes eſſe condi-
tionis electæ,vel legitimæ.Gram.conſ.35. num. 37.et
16 ſeq.uel quod † ſint legitimi,et idonei.Barb. conſ.32.
col.8.uol.1.quē citat Zuccard.in l.fi.nu.83. in fi.C.de
edict.diui Adr.toll.Benint. concl. 62. nu. 18. et idē ſi
17 ſit dictū † bonæ conditionis,et famæ.Rim.cōſ. 17. nu.
18 18.bonæ opinionis.Vulp.cōſ.61.nu.6.et † fide dignis
Io.de Arno.in epito.ſuo 14.Et licet hę qualitates de-
berent p̄ſumi,cū unuſquiſq; naturaliter bonæ condi-
tionis,idoneus,bonæ opinionis,et fide dignus p̄ſuma
tur,iurib.ſup.à nobis adduct.in concl. 222.et 223.uol.
1.et concl. 878.et 1006.uol.4. cū alijs ſimilib. et ideò
alleganti contrariū deberet incūbere onus probādi:
nihilominus, qn̄ ſumus in ſtatuto, ſeu diſpoſitione
exigente aliquā ex iſtis qualitatibus, ſiue ſimilib. nō
ſufficit prçſumptio,ēt quæ ineſt,ſed dēt talis qualitas
probari.Cep.d.cōſ.57.nu.8.Cæph.cōſ.206.nu. 7.et 8.
conſ.327.nu.9.cōſ.350.nu.24.Rim. conſ.17. Ioſeph.
Ludo.qui illum ſequitur.dec.2.nu 16.dec.52. nu. 28.
* & tandē hanc * cōem opinionem teſtatur excel.Ber-
taz.conſ.crim.50.num.7.vol.1.quo in loco hoc dicit
19 tanto magis † procedere,& verum eſſe, qn̄ ſtatutum
propter illā qualitatem augeret pęnam, vt idē voluit
Ioſeph.Lud.vbi ſup.& Rim.d.conſ.17 & hoc indubi
tanter procedit etiam,& multo magis, quando ſtatu-
20 tū,ſeu diſpoſitio † exigit qualitatem,quæ reſpiciat fa-
ctum,vt qa ſit cōis opinio, ꝙ talis communiter repu-
tetur talis: qa cū iſta qualitas nō naſcatur nobiſcum,
nec inſit à natura, ſed pēdeat ab aliorū opinione,de-
bet omninò ꝓbari, vt voluit ibid. Bertaz. & Vulpel.
conſ.61.nu.6.hanc noſtram illationem latè compro-
bat Crau.in ſuo tract.de antiq.temp. par. 1. §. quærit
etiam.nu.39.vbi permultas, & quidem optimas au-
ctoritates accumulat,et adducit,et faciunt quæ infra
in 2. ſublimitatione dicemus. Interim ad ſupradicta
adde hanc aliā declarationem,vt.ſ.tunc quilibet bo-
nus,honeſtus,et bonę conditionis,et famæ præſuma-
tur,et talis præſumptio ſibi locum vendicet, quando
nō agitur de præiudicio tertij: ſi aūt eſſemus circa dā-
num alterius,minimè talis p̄ſumptio allegari poſſet,
vel ſaltem illā alleganti incumberet onus probandi:
vt ſubiungit.ibid.Bertaz. et nos latè diximus ſupra in
concluſ.122.nu.5.et 6.vol.1.
21 Subinfertur,† ꝙ ſi ſtatutū punit abducentē mulie-
rē honeſtæ vitæ,bonæ conditionis,et famæ, iſtæ qua-
litates erunt probandæ ad hoc,vt abducens puniatur
pęna ſtatuti,aliàs non poſſet condēnari, etiā ſi fuiſſet
confeſſus talem mulierem abduxiſſe, ita in facto cō-
ſuluit Cep.d.conſ.57.verſ.poſtremo.col.pen. vbi alle
gat Bart.in l.in illa ſtipulatione,ſi Calēdis.ff.de verb.
oblig.et eum ſequendo refert Marſ.in d.ſing. 187. in
fi.et in conſ.96.nu.4.Plot.in l.ſi quando.num.355.C.
vnde vi.Ioſeph.Fontanen.int.conſ.crim.conſ.97.nu.
37.et ſeq.vol.2.Marſ.in l.ſi quis ne quęſtio.nu.137.ff.
de quæſt.& in rubr.de prob.nu.442.Petr.de Moncad.
in add.ad tract.Crot.de teſti.nu.394.in fi.Rim.ſen.in
conſ.17.nu.16.Rol.à Val.conſ.84.nu.10.vol. 3. Burſ.
cōſ.69.nu.4.Cęph.cōſ.206.n.7.& 8.cōſ.327 n.9.Vul-
pel. conſil.61. num. 5. & nouiſſimè in terminis hanc
* eſſe * communem opinionem teſtatur Bertaz. conſ.
50. nu. 1. & ſeq.ibidemque neminem huius ſenten-
tiæ contradicentem ſe reperiſſe affirmat.
22 Sed cōtra hanc opinionē,† & doctrinam vr̄, ꝙ vo
luit Pariſ.conſ.160.nu.28.vol.4.vbi dicit, ꝙ in dubio
23 † mulier p̄ſumitur bonæ,& honeſtę vitæ,ac famæ,&
facit.l cū quædam. 2. ff. de leg.2.l. merito.ff.pro ſoc.
cum ſimilib.& ea,quę habent̄ per Abbàt.Butrig.Za-
bar.& alios DD.in d.c.de adult.loquentes de virgini
tate,quæ ex quo connaſcitur,nec ex tpe recipit muta
tionē,ſemp p̄ſumitur adeſſe,& hoc ita in prac. ſerua-
ri teſtat̄ Boſſ.in ti.de plur.viol.n.66.videlicet, ꝙ accu
ſati ſemp ſunt qui capitulant inhoneſtatem ſuper eo
fundamento, ꝙ quilibet præſumitur honeſtus.
24 Sed poteris concordare,† aut quia hæc ſecūda opi-
nio procedat de iure communi,prima autem in caſu
ſtatuti hanc qualitatem exigentis,vt ſupra diximus.
Aut ꝙ prima habeat locum quando pp talem hone
ſtatē aggrauat̄ pęna, ſecunda verò non, vel ꝙ prima
habeat locum,quando agitur de præiudicio tertij,vt
etiam ſup.diximus, ſecunda vero non,prout hæ om-

nes concordantiæ poſſunt elici à dicto Bertaz. d. cõſ. 50. Dictum autem Boſſij procedet accuſato volẽte, non autem de neceſſitate, vel quod cõmunis opinio procedat de iure, dictum autem Boſſij ſeruetur de ſtylo, prout ipſe innuit.

25 Tertiò ſubinfertur, † ꝙ ſi ſtatutum punit delictum commiſſum in ſtrata, et inquiſitio ſeu probatio dicat delictum cõmiſſum eſſe in via, inquiſitus, vel accuſatus non poterit puniri ita Bar. in l. 4. C. de priui. dom. Aug. lib. 11. nu. 2. quem refert, et ſequitur Marſil. in l. ſi quis ne quæſt. ff. de quæſt. nu. 150.

26 Quartò ſubinfertur, quòd ſtatutum † puniens occidentẽ diſtrictualem in alieno territorio ad hoc, vt habeat locũ, et puniatur occidens, debet cõſtare, et probari occiſum fuiſſe diſtrictualẽ, ita conſuluit Bertaz. in cõſ. 196. nu. 2. et ſeq. vol. 1. ex mẽte Are. in trac. maleſi. in verbo, Angelũ de Bononia col. 2. verſ. quod aũt, et Marſ. d. cõſ. 57. n. 11. 17. 18. vbi de hoc latè diſſerit.

27 Quintò ſubinfertur, ꝙ ſtante † ſtatuto ꝙ procedatur cõtra famulum, de furto, ad querelam dominorũ, nõ facta querela contra famulum, nõ poterit procedi. idem Bertaz. conſ. 198. nu. 5. et 6. vol. 1. crim. ex mente Ploti in l. ſi quãdo. n. 355. C. vnde vi. et Thob. Non. in vlt. vol. conſ. crim. conſ. 152. ad finem.

28 Sextò ſubinfertur, † quòd ſtante ſtatuto puniente vulnerantem animo occidendi, & ex propoſito præmeditato, aut deliberato, vt habeat locũ pęna, debet omninò ꝓbari iſta qualitas, animo occidendi ex propoſito præmeditato, aut deliberato ad trad. per Soc. conſ. 55. col. 1. in prin. & Boſſ. in tit. de inquiſit. nu. 76. quos ad hoc citarat idẽ Bertaz. conſ. crim. 208. vol. 1.

29 Septimò ſubinfertur, † ꝙ ſi ſtatutum puniat aliquẽ monitum, ne arma ferat, illa nihilominus portantem ad hoc, vt pœna ſubſequatur, debet prius probari illa qualitas, nempè admonitionem præceſſiſſe, ita conſuluit Menoch. conſ. 73. nu. 14. iurib. per eũ adductis.

30 Octauò ſubinfertur, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ percutiẽs cum ſanguinis effuſione grauius puniatur, ſi accuſans de percuſſione cum ſanguinis effuſione nõ probat effuſionẽ, ſequetur abſolutio Bertaz. conſ. crim. 18. nu. 4. vol. 1. Marſ. conſ. 7. nu. 70. Abb. in c. licet cauſam. de prob. & in d. c. examinata in 7. col. de iur. & in c. conqueſtus. pen. col. de for. comp. Cyn. in l. 2. C. de prob. Fel. in d. c. licet cauſam. in 2. col. pen. car. & in c. in præſentia. in 6. coſ. de prob. Bart. in l. denũciaſſe. §. quid tamen, & ibi Ang. & DD. ff. de adult. & in l. diuus, in 1. col. verſ. ſed aduerte. ff. de re iud.

31 Nonò ſubinfertur, † ꝙ ſi ſtatutum puniat aliquem damnum dantem, in aliquo territorio, nõ poterit ſequi pęna, niſi conſtat damnũ eſſe datũ in illomet territorio. Bal. in l. 1. §. itẽ illud. ff. ad Sillan. Caſt. in l. pe. §. docere. ff. ne quis eum, qui Boſ. in tit. de captu. n. 45.

32 Decimò ſubinfertur † ſtante ſtatuto, ꝙ agnati admittãtur ad reſcindendam venditionem, ſiue dationem in ſolutum alicuius rei alterius agnati, quãdo talis venditio, ſiue datio in ſolutũ ipſius denunciata nõ fuit, qui vult vti beneficio huius ſtatuti ad excludendum agnatos, debet probare ſtatuto eſſe ſatisfactum, nempè notificatum interueniſſe, ita conſultus Socy. iun conſ. 4. nu. 3. vol. 2. iurib. per eum.

33 Vndecimò ſubinfertur, † ꝙ ad hoc, vt habeat locũ condictio, de qua in c. ſæpe de reſtit. ſpol. quæ datur contra ſcienter ſuccedentem in re affecta vitio violentiæ, licet ſit tertius, & mediatus poſſeſſor, qualitas illa, ꝙ ſciẽter ſucceſſit in vitium violentiæ, debet pro forma probari per actorem agentem ex remedio. d. c. ſæpè intantum, quod non ſufficeret probare, quòd poſſeſſor habuerit ſcientiam, quod res eſſet aliena, tunc enim haberet locum remedium. l. cum quærebatur. C. vnde vi. vnde requiritur, quòd probetur ſciẽtia rei violentæ, & non ſcientia rei alienę ſimpliciter, facit tex. & ibi Bart. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. pub.

34 Duodecimò ſubinfertur, † quòd quando ſiue minor, ſiue mulier, ſiue aliquis alius vult vti aliqua habitatione ſibi conceſſa à ſtatuto, cum quibuſdã qualitatibus, debet probare, & verificare omnes illas qualitates, quæ fuerunt cauſa illius habitationis, ita conſuluit Pariſ. conſ. 17. vol. 1. nu. 28. cum ibi adduc.

35 Decimotertiò ſubinfertur. † ꝙ qui vult vti ſtatuto diſponente, tunc eſſe locum lucro dotis qñ matrimonium fuerit contractũ ad minus per verba de præſenti, & per annulli ſubarrationem: dẽt probare has qualitates nempè matrimonium fuiſſe contractũ, & per verba de præſenti, & per annuli ſubarrationem, aliàs non poterit ſe iuuare beneficio ſtatuti, cũ illæ qualitates adiectæ ſint, delationi prædicti lucri, ita conſuluit. idem Pariſ. conſ. 34. nu. 1. vſq; ad nu. 14. vol. 3. vbi inquit non ſufficere matrimoniũ fuiſſe ſequutũ: niſi probetur fuiſſe ſequutum illis duabus qualitatib. adiunctis ad hoc, vt ſtatutum habeat locum in delatione lucri, rationibus, & iuribus ibi per eum. ſimile eſt, quod conſuluit etiam in conſ. 62. nu. 36. cum plurib. ſeqq. vol. 4. vbi ait, quod quando ſtatutum concedit
36 marito † lucrũ dotis, cum illa qualitate, quãdo vxor haberet patrimoniũ tẽpore connubij ad hoc, vt maritus poſſit ad lucrũ agere, debent probare, & verificare illã qualitatem patrimonij vxoris tpe connubij.

37 Decimoquarto ſubinfertur, † ꝙ quando ſtatutum vocat aliquos ad ſucceſſionẽ alicuius ab inteſtato, vt puta propinquiores, qui ſunt ex parte patris non ſimpliciter, & abſolutè. ſed deficientib. aſcendentibus, & denſcendentib. tunc ſi propinquiores vellent vti tali ſtatuto ad hoc, vt ſuccedant, debent prius qualitatẽ illam, ſub qua vocati ſunt purificatam probare, & adimpletam, nẽpè aſcendẽtes, ſeu deſcendentes nõ extare, ita conſuluit. idem Pariſ. cõſ. 59. nu. 31. & 32. vol. 3. ad ꝙ allegat Bar. in l. 1. §. interdictum. ff. ne quid in loco pub. Ang. in l. fideicommiſ. §. tractatũ. ff. de iud. Dec. conſ. 261. num. 2. & conſ. 355. num. 4.

38 Decimoquintò ſubinfertur, † ꝙ ſtante ſtatuto, minorem, aut alienare, aut ſe alteri obligare, aut alicui iuri ſibi competenti, vel competituro renunciare minimè poſſe, niſi interueniẽte vno agnato, vel cognato dicti minoris, qui conſentiat prædictis, & iuret ſe eſſe agnatum, vel cognatum: niſi ab intentante ſtatutum, probatum fuerit has qualitates, nempè conſenſum agnati, vel cognati, & iuramentum adfuiſſe, non poterit obtinere circa alienationem minoris, vel obligationem, vel renunciationem, ita conſuluit idem Pariſ. conſ. 13. nu. 50. & 51. vol. 2. eum ibi adduc.

39 Decimoſextò ſubinfertur, † quòd ſtatutum excludens fœminas dotatas extantibus filijs, vel nepotib. vt dictum ſtatutum procedat quoad excluſionem fœminarum, neceſſario venit habenda illa qualitas ab ipſo requiſita, quod extent filij, vel nepotes, ita cõſuluit Pariſ. conſ. 49. nu. 19. & 20. vol. 3. de mente. Anch. in conſ. 142. in fi. & Bal. in l. comparationes. in 3. q. C. de fid. inſtrum.

40 Decimoſeptimò ſubinfertur, quòd intentans tanquam minor ſtatutum, fauorem minoris concernẽs, debet talem qualitatem, nempè ætatis minoris, ſuper qua eſt fundatum ſtatutum probare, hoc idẽ voluit Pariſ. conſ. 97. num. 124. vol. 1.

41 Decimooctauò ſubinfertur, † ꝙ fiſcus agens cõtra aliquem ſub prætextu, quòd non ſeruauerit aliquod proclama, debet probare huiuſmodi contrauentionem cum omnibus qualitatibus, de quibus in dicto proclamate, vtputa ſi extaret bannum: ne quis poſſet recipere venientes à tali loco niſi habeant fidem ſanitatis ſub pœna tali, ad hoc, vt fiſcus obtineret, debere probare non ſolùm illum, cõtra quẽ agit veniẽtes à tali loco recepiſſe, verũ ẽt tales receptos nõ habuiſſe fidẽ ſanitatis, ita cõſuluit Bertaz. cõſ. 59. crim. n. 9. vol. 2. ex mẽte Crau. in cõſ. 1. nu. 7. idẽ Bertaz. cõſ.
42 crim. 192. n. 6. eo. vol. vbi ait † qualitate ſtatuti, vel ꝓclamatis nõ ꝓbata ab allegante nõ eſſe locũ illius di-

ſpoſitio-

ſpoſitioni; nec poſſe ſequi condemnationeē aliquā, prout idē cōſuluit in ſimili.in cōſ.45.nu.10.eo.vol.1.
43 Decimononò ſubinfertur,† q ſtante ſtatuto, quòd mulier nubens ſine cōſenſu patris, vel fratrum amittat dotem,vel condemnetur in tantum,q agit contra mulierē,debet probare qualitatē ſtatuti, nempè ſine conſenſu nupſiſſe,Corn.cōſ.250.ad fi.lib.1.& cōſ.11. col.pen.circa fi.& in cōſ.43.col.3.cōſ.123.col.2.circa med.li.2.& hoc idē in terminis voluit Crau.cōſ.1.n.7.
44 Vigeſimò ſubinfertur,† q ſi ſtatutum puniat notarios ſcienter contractus illicitos conficientes ad hoc, vt habeat locū,dēt probari ſcientia de tali contractu illicito in notario,ita Bertaz.in cōſ.99.nu.1.eo.vol.1.
45 Amplia modo primam † illationem,vt etiam habeat locū,ſi tractaretur de intereſſe publico,quo etiā caſu qualitas requiſita in aliqua diſpoſitione,vel ſtatuto probanda eſt.Bald.& cæteri DD. in d. l. 2. C. de prob.c.vt famæ.de ſent.excommu.facit, quod voluit Bar.in d.l.denunciaſſe.§.quid tamen.ff de adult.& in diſputa.ſua incip.iudex maleficiorum, quam poſuit in l.4.§.hoc autem.ff.de damno infect. Anch. in c.2. de collat.Cyn.& Dec.in d.c.2.de reſcript.
46 Quintò amplia,†adeò veram eſſe illationē, quòd etiam ſi reus confiteatur delictū ſine qualitate intentata,& de qua in dicta diſpoſitione, vel ſtatuto,nullo modo poterit puniri pena ordinaria dictę diſpoſitionis,vel ſtatuti,Cæpol.d. conſ. 57.col.pen.verſ.poſtremo,Marſ.in d.ſing.ſuo.387.& in conſ.7.nu.64.
47 Subamplia,†vt nedū non poſſit reus de pœna ordinaria illius diſpoſitionis,& ſtatuti puniri,ſed nec etiā de alia aliqua,& dēt omnino ſequi abſolutio Abb.in c.licet cauſam.de prob.& in cap.examinata.2.col.de iud.Fel.in d.c.licet cauſam.in 2.col.pen.car.& in c.in præſentia.in 6.col.de prob.Marſ.in d. conſ. 7.nu. 70. Iac.de Aret.Cy.Bal.& alij in d.l.2.C.de prob.Bertaz. conſ.18.nu.4.vol.1. crim. De quo tamen dic,vt infra in ſecunda illatione.verſ. quod tamen diximus.
48 Quintò ſubamplia,†vt prædicta procedāt,etiam ſi reus fateretur inquiſitionē, & omnia in ea contenta fuiſſe,& eſſe vera,vt puta ſe abduxiſſe talem mulierē de qua loquitur ſtatutum: Nam nihilominus erunt probandæ qualitates requiſitę à ſtatuto in illa muliere, cū talis cōfeſſio rei ad abductionem principaliter intētatā in dicta inquiſitione,& nō ad qualitates mulieris abductæ referri dēat, ita declarat, & conſuluit Marſ.cōſ.57.nu.19.de mēte Spec.in tit.de poſitionib. §.ſequitur.verſ.2.& Bartoli,& Baldi,in l.ſi cui.la 2.§. ſi à filio.ff.de leg.1.& Bal.in c.ſeries.de teſtib.& ratio
49 poteſt eſſe,†quia generalis reſpōſio non refertur: niſi ad principale, non autem ad alia poſita per modum qualitatis,ſeu demoſtrationis,ſecundū Bar.in l.fin.§. Titia.ff.de liber.leg.& per eūdē Marſ.vbi ſupra,Dec. in d.c.licet cauſam.nu.44.ver.4. etiā ampliari poteſt.
50 Tertiò amplia,vt etiā† procedat in beneficialibus cauſis.c.ſi ab eo,& c. ſi fortè.de elect.in 6.Iac.Nouel. in reg.164.num.2.vbi citat Dec.ad hoc in d.cap.licet cauſam.de prob. qui tamen inclinat ad contrariam partē, ea ratione quia in talibus cauſis magis exuberat officium iudicis. cap. cum à nobis,& quod ibi no. gl.in verbo,ex officio,de elect.& dicit d.c.ab eo, non obſtare,quia loquitur quoad pœnam opponentis crimina contra electum.
51 Limita primo†illationem,vt tantummodo procedat,quando qualitas eſſet de ſubſtantia actionis propoſitæ, & ſuper tali qualitate eſſet fundata intentio agentis,& ſine qua agi nō poſſet,vt agitur: ſecus vero ſi non eſſet de ſubſtantia, quia deficiēs in probatione qualitatis, obtineret in facto principali ſimpliciter ꝓbato ꝑut notauit Bal.in l.Titia.in prin.ff. ſol. matr. per l.in delictis.§.detracta.ff.de noxalib. Et idem Bal. in l.1.in prin.col.pen.verſ.extra quæritur. ff. de eden. idē voluit Marſ.in conſ.7.nu.60.Hoc idem ſenſit gl.à Bar.& alijs ibi approbata, in l.cum actum. ff. de neg. geſt.Hoc etiam probatur in l.matrem.C.de probatio. & in l.de rebus.C.de dona.ante nup.c.Romanæ.§. ſi vero vocatus,de appel.lib.9.gl.in c. venerabilibus. ad fin.verbo,poſtquam.de ſent.excomm. in 6.gl.in cap. Abbate ſanè.de re iud.in 6.Bar.in l. non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de oper.nou.nunc.faciunt ea,quę habētur in l.qui iurare.§.ſi pater.il 2.ff.de iureiuran.Corn. conſ.197.verſ.His tamen non obſtantib.vol.2. Ioan. And.in add.ad Spec.in rub.de accuſ.& inquiſ.Pōtan. * in cōſ.ſuo.107.vbi dicit hanc eſſe*cōem opinionem, quam ipſe ſequitur illā coadiuuando pluribus rationibus,prout illū referendo teſtatur Corn.d.conſ.197. verſ.His tñ non obſtantibus.Bart. in d.l.denunciaſſe.
52 §.quid tamen.ad fi.ff.de adul.dicēs,quòd† vbi remota qualitate non alteratur factum, vel ſpecies criminis,tūc qualitas poteſt detrahi.Imo in d.l. Titia. in 1. notab.Signor.conſ. 141.vbi dicit, quod quando qua
53 litas†adiecta delicto alterat delictum, & pœnā,ſi nō probatur abſoluitur reus,aliàs ſecus,Dec. in d. c.licet cauſam.nu.46.Rimin.conſ.17.Burſat. conſ.69.nu. 9. Cæph.conſ.206.& ſeq.vol.2.Soc.conſ.63. nu.8. Dec, conſ.13.18.471.Caſtr.conſ.103.Alex.conſ. 13. vol.2, Bertaz.conſ.50. nu. 4. vol. 1.crimi.facit,quod notab. dicit Inn.in c.ex parte,il 1.de priuile. poſt prin ibi ad
54 hoc reſpondemus. vbi dicit, quod† non oportet probare cauſam in reſcripto, vel libello appoſitā,dūmodo cōſtet de re, cuius cauſa, vel demonſtratio dicitur, niſi eſſet talis cauſa, vel demonſtratio,ſine qua literas non habuiſſet,neq; libellus eſſet receptus, quæ verba ibi extollit Abb.in fine, & Fel.in c.2.de reſcrip.n.30.
55 Secundò limita, vt non†procedat, quando negatiua aliqua proponitur,quia tunc nunquam videtur qs ſe aſtringere ad illam probandam, cum negantis factum nulla poſſit eſſe directa probatio,Bal.in l. cum te.C.de proba.in fi. Alex.in d.l.diuus,Fel. in d.c.2.nu. 34.Iacob.Nouel.in reg.164.nu.3. de qua tamen limitatione dic, & illam intellige ſecundum ea, quæ nos diximus in concl.192. vol. 2.
56 Tertiò limita,†quando proponens in libello, dicit non ſe aſtringens,Abb.in c.ex parte.nu.63.de reſcrip. Iac.Nouel.vbi ſup.nu.4 cum alijs per eum adduct. Contrarium ſenſit Dec.in d.c.licet cauſam.nu.48.
57 verſ.8.idem videtur,quia in effectu iſta clauſula,†nō ſe aſtringens,non videtur remouere qualitatē expreſſam,cuius probatio neceſſaria eſt,ſed ſolum remouet probationē non neceſſariam, & doctrina in cōtrariū alleg. videtur habere locum,quando plura proponūtur copulatiuè,ſecus vero, qñ vnum factū qualificatū proponitur. Et tandē cōciliando hanc differētiam
58 † diſtinguit,quod aut talis clauſula ponitur in fine libelli,& habent locū ea,quę ipſe dicit: aut ponitur incontinenti narrato facto cum qualitate, & procedit altera opinio, quam tamen ibidem communē dicit,
59 Quartò limita,†quando apponitur clauſula, ſuper quibus omnibus,& ſingulis petitur reus condemnari, quia talis clauſa diſtinctiua eſt,& ſeparat ſuperius dicta: vnde ſufficit,quod alterum probetur, vt no. Bal. in l.2.col.2 C.de prob.& idem Bal.in l. 1.col. 9.uerſ. ſuper hoc ſeptimo puncto.C.qui accuſ.non poſ.& in l.ſi ſeuerior.C.ex quib.cau.inf.irrog.Flor.in l.in delictis.§.ſi detracta.in fi.ff.de noxalib. Ang. Aret.in tractat.maleſ.in uerbo,ſuper qbus omnibus,& ſingulis, uerſ.4.eſt utilis,& idē ſequitur Alex.cōſ.120.pen.col. lib.5.quem refert Dec.in d. c. licet cauſam. num. 40. uerſicul.5.limitatur,quod etiam placuit Claro pract. crimin.quæſt.66. num. 4. & prius.quæſt.31.uerſ.ſuper quibus omnib. nu. 31. ubi teſtatur ex mente Pla. lib. 1.delic.c.16. ferè maiorem partem interpretum,huic ſententiæ adſtipulari.
60 Contra† hanc Baldi ſententiam expreſsè tenuit,& cōſuluit Rom.cōſ. 110.uerſ. dicendū eſt in propoſito caſu.col.2.& Cor.ſatis doctè in cōſ. 197. uerſ. & hoc ſolū uol.2.ubi plurib.rationib.& fortè uerioribus cōfutat

futat dictum Baldi inquiens,hoc idem ſenſiſſe Ang.
in l.ſi vacantia.C.de bo. vacantib.
61 Quintò limita, quando actor † petit aduerſarium
condemnari ſecundum formā, iuris, & ſtatutorum,
quia tunc non probata qualitate de delicto,ſimplici-
ter condemnari poteſt,Bal.in d.l. 2.C.de prob.Bar.in
l.rerum amotarum.ff.rerum amot. Alex. in l.Gallus.
§.ſi eius.ff.de lib.& poſthum.Iacob.Nouel. qui ſupra
dictos omnes refert,& ſequitur.d. concl. 164. num.6.
62 Contrariū† voluit Aret.in d.c.licet causā.de prob.
quē ibi refert,& ſequitur Dec. nu.48. verſ. 6.idem di-
cendum eſt, ea ratione,quia delictū,ex quo non fuit
deductum ſine qualitate,clauſula illa reſtringi debet
ad finem ſpecificatum in libello,quia qualitas appo-
ſita in principali diſpoſitione in clauſulis acceſſorijs
63 repetita videtur, & ideo illa clauſula intelligitur ſe-
cūdum qualitatē delicti propoſiti, & per talem clau-
ſulam nullo modo videtur cogitatū de illo delicto
ſimpliciter, & licet petat reum omni iure cōdemna-
ri, videlicet ſm̄ formā iuris, & ſtatutorū,hoc bene ve-
rificatur in delicto condemnato qualificato, quod
puniri poteſt ſecundum formā iuris,& ſtatutorum,&
non infertur per hoc, ꝙ delictum ſine qualitate cōſi-
64 deretur,quia à præcedentibus receſſum † non videtur,
maximè incontinenti: niſi appareat,arg.l.non ad ea.
ff.de cond. & demon. ex qua ratione videtur tolli al-
tera ratio opinionis contrariæ, quæ erat: quia accu-
ſans,q petit reū condemnari ſecundū formā iuris, &
ſtatutorū,videtur cogitare etiam de ipſo delicto ſim-
plici, ex quo etiam delictum ſimplex à iure punitur.
65 Sextò limita,† quādo actor in fine libelli dicit,ſal-
uo iure addendi minuendi, & corrigendi, quia tunc
probato etiam ſimpliciter delicto, non autem cum
expreſſa qualitate, debet ſequi condemnatio ſecun-
dum Bald.in l.Neſennius.col.fi.verſ.& per hoc dicit.
ff.de neg.geſt.& in c.inter dilectos. col. 4. verſ. ſaluo
iure.de fid.inſtrum. Alber. in l.fi.C.de diuer. reſcript.
Bar.in l.à diuo Pio.in prin.ff.de re iud.& hāc opinio-
* nem*communem dicit Iac.Nouel.vbi ſupra.nu.7.
66 Ab hac tamē† opinione videtur recedere Dec.vbi
ſupra,verſ.ſed ſi cōſiderandum eſt, ea ratione,quia ſi
verbum illud,minuendi, ſuper quo eſt fundata ratio
præcedentis opinionis,operatur talē effectum, debe-
ret expectari,ꝙ qualitas detraheretur,& minueretur,
& ſic clauſula de ſe immediatè hoc non operatꝛ, & ſi
talis qualitas detrahi poteſt,& non detrahatur, tunc
non bene infertur ad quæſtionē noſtrā,quia tali caſu
non dēt probari, cū detracta ſit, & in propoſito caſu
DD.loquūtur,qn̄ qualitas dēt probari,& nō probatur
prætereà dictū Baldi nō videtur verū, quia talis qua-
litas non poteſt detrahi,quia tunc non eſſet idem de-
lictum, vt ſupra dictū eſt; ergo clauſula prædicta nō
operatur, nec operari poteſt diminutionē qualitatis,
& hoc idē videtur velle ipſe Bal.in d.c.inter dilectos.
verſ.ibi ſaluo iure.vbi inquit, ꝙ lite conteſtata actor
67 † aſtrictus eſt,vt qualitas diuidi nō poſſit,& hoc intel
ligitur, quando qualitas reſpicit præiudicium rei cō-
uenti, ſecus ſi talis qualitas detrahatur in fauorē rei,
vt notab.Imo.diſtinguit in c.ab eo. de elect. in 6.
68 Septimò limita, † quando aliquis deduxit aliquid
qualificatiuè ſubiūcta clauſula, & omnes aliàs exce-
ptiones mihi competentes oppono,quia non videtur
ſe aſtringere ad probandas omnes ſpecificatas quali-
tates.Bald.in l.ſcire oportet.§. ſufficit. de excuſat.tut.
Imol.in l.Titię textores.ff.de leg.1.quos ad hoc citat
69 Fel.in d.c.2.de reſcript. nu. 31. licet † ibidem contra-
rium ſentiat optima ratione, quia aliud eſt quærere,
vtrum iſte videatur dicere ſe velle poſſe probare etiā
pluſquam deduxit, quo caſu operatur illa clauſula,
aliud eſt quærere vtrum velit nō eſſe aſtrictus ad pro-
bandam qualitatem deductam, & tunc nihil prodeſt
illa clauſula.
70 Octauò limita † in reo, quia etiam non probando
qualitatē ad quā ſe arctauit,abſoluetur, actore aliàs
non probante,Abb.in d.c. 2. vbi etiam Fel. num. 36.
Io.de Amic.cōſ.65.nu.1.& conſ....nu.1.Marian.Soc.
71 conſ.75.nu.2. vol.1.& ratio† eſt quia iſto caſu ſolùm
non ius actoris conſideratur,vt tradit Dec.in cap.qui
accuſare.num.14.& Iaſ.nu.5.C.de edend.Rol.à Val.
conſil.33.nu.16.conſ.58.nu.7.conſ.77. num.1.conſil.
72.nu.12.volu.2 vbi dicit actore non probante plenè
ac legitimè, in quo totius criminis obiectio reſidet,
etiā ſi reus nihil probet,erit abſoluendus de quo vide,
quæ nos plenè diximus in concluſ. 36. num. 22. cum
ſequen.vol. 1.
72 Quintò infertur, † quod accuſans aliquē exprimē-
do aliquas qualitates in accuſatione, ſi non probabit
etiam illas qualitates cum delicto ſuccumbet,ita nos
docuit Io.Monac.in reg.qui per aliū facit.de reg.iur.
73 in 6.vbi ait,quod accuſans† aliquem,quod interfece-
rit Titium,ſi poſteà probat, quod hoc fecit per aliū,
accuſans ipſe ſuccumbet, & proceſſus erit nullus. de
qua doctrina facit magnum feſtum Bald.in c.1.§.in-
iuria.in vlt.col.verſ.pone,accuſo te.de pa. iu. fir.Fel.
in c.mulieres in pen.col.de ſent.excom.& illam refe-
rendo ſequitur Marſ.in d.ſing. 187. Hoc idem voluit
gl.à Bart.& ab alijs communiter approbata,in l.cum
actum.ff.de neg.geſt.& hoc etiam probatur in l. ma-
trem.C.de prob.& in l.de rebus.C.de dona.ante nup.
& in c.Romana.§.ſi vero vocatis.de appel.lib.ſexto.
gl.in d.c.venerabilibus. in verbo poſtquā, ad finem,
de ſenten.excomm.in 6.Bart.in l.non ſolum.§.ſed vt
probari.ff.de oper.nou. nunc. in l.an eadem. §. ratio-
74 nes.in 3.col.ff.de except.rei iud.vbi dicit,† ꝙ aſſerens
actum eſſe factum certo tēpore, debet probare illud
tempus,pro quibus faciunt ea, quæ habentur in l. qui
iuraſſe.in §.ſi pater.il 2.ff.de iureiur.hoc idem ſenſere
Iac.de Aret.& Cyn.in d.l.2.C. de prob. vbi inquiunt,
quod ſi talis qualitas appoſita in accuſatione nō fue-
rit probata, debet ſequi abſolutoria, idem voluit Io.
Andr.in additio.ad Spec.in tit. de accuſa.& inquiſit.
in rub.Pet. de Anchar. conſ. 23. in fin. primæ colum.
Roman.conſ. 110. & latiſſimè Marſil. in l. ſi quis ne
quæſtio.nu.155.de quæſtio.& in conſ.48.num. 15.vbi
refert dictum Io.And.in c.1.de homicid.in ſexto,qui
ſemel euaſit quendam hominem à pęna mortis, qui
aſſaſſinauerat quendam Chriſtianum: attamen non
fuit probata illa qualitas, quòd homo ille aſſaſſina-
tus erat Chriſtianus, & propter hoc fuit liberatus à
pœna mortis, licet cōtra eum fuerit probatum aſſaſ-
ſinamentum,quod dictum etiam placuit Bald.in l. ſi
quis non dicam rapere.in 3.col.C.de epiſc.& cler. cū
alijs propè infinitis citatis à Marſ.in d.cōſ.48. nu. 15.
* & tandem hoc dictum*communiter ab omnibus te-
neri teſtatur Clar.in pract.crim.ver. aſſaſſiniū,in prin.
licet illud non ſequatur, ſed illationē noſtram cōfir-
mat notab. dictum Pauli Caſtr.in l.ſi communem.§.
1.ff.quemadm.ſeruit. amit. vbi dixit, quod ſi fiat ac-
75 cuſatio † de crimine tanquam commiſſo tali tempo-
re,vel loco,& probetur de alio tempore, vel loco dēt
ſequi abſolutio,licet ſit probatum crimen, & facit,ꝙ
voluit Bal.in l.ob hæc verba.ff.de his,qui not.infam.
76 vbi dixit,quod ſi quis accuſatus† eſt, quod mandauit
delictum cōmitti, & probatum eſt, quod inſtigauit,
vt delictum committeretur non poterit cōdemnari,
quod dictum refert, & ſequitur Alexan.conſilio 225.
volum.2.& Marſ. vbi ſupra.huc ſpectat dictum Ang.
in l. ait prætor, §. docere. ff. vi bono. raptor. vbi ait,
77 † quod ſi eſt facta accuſatio de vulnere cum cicatri-
ce,& probatū ſit vulnus ſimpliciter, quod accuſator
ſuccumbet.
78 Et quod dictum † eſt de qualitate deducta in accu-
ſatione, idem dicendum eſt de ea,quæ deſcribitur in
inquiſitione,cum ea etiam ſit probanda,aliàs non ſe-
queretur condemnatio,ſed abſolutio in totum. DD.
omnes ſupra cit.qui loquuntur tā in accuſatione,quā
in inqui-

in inquiſitione, & nouiſſimè Bertaz. conſ.122.nu.3.
79 crim.vol.1.& ratio eſt, † quia iudex inquirens ſuccedit in totum locum accuſatoris, præterquam in ſubſcriptione ad pœnam talionis, in alijs autem tenetur ad ea, quæ tenetur accuſator ſecundum Bart.in d.l.2. in §.ſi publico, verſ.quæro vtrum.ff.de adult.& in l.1. ff.de ſuſpect.tutoribus, & in l.libellorũ.ff.de accuſat. in princ.ſcilicet.in l.ea quidẽ.C.de accuſ. quos refert, & ſequitur Alex.cõſ.64.col.2.vol.1.vbi ſubdit, quod
80 officium † inquirentis ſuccedit in locum accuſatoris, & ideo illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in accuſaſatione, requirũtur in inquiſitione per reg.ſubrogati, qui ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.l. eum.§.iniuriarum.ff.ſi quis cautio.cap.eccleſiæ, vt li. pend.ſubiungens ibidẽ Alex. quod omnes exceptio-
81 nes, quæ poſſunt † opponi cõtra accuſatorem, poſſunt opponi contra iudicem inquirentem, & quod quãdo
82 ſtatutum † repellit accuſationem videtur etiam repellere iudicem inquirentem, ad quod allegat Bart.in l. non ſolùm.§.quamquam.ff.de iniur. & in l. 1.§.quid autem, per illum text.ff.de accuſat. & in l. quæſitum. ff.de in ius vocan. & quod iudex ſuccedat in locũ accuſatoris, tenuit etiam Ang.in l.ſi vacãtia.C.de bon. vacantibus, verſ.quæro, an iudex teneatur, & Salic.in l.ea quidem.verſ.ſi per denunciationem. C.de accuſationibus.Ang.de malefic. in verſ. Hæc eſt quædam inquiſitio, verſ.5.quando iudex inquirit, Marſ.latè in d.conſ.48.nu.19.

Quod autem diximus nõ probata qualitate accuſationis, vel inquiſitionis reũ eſſe omninò abſoluen-
83 dum, intellige tunc verum eſſe, † quando per illam qualitatem variatur effectus cõdemnationis, & qualitas eſſet de ſubſtantia actionis, & alteraret factum: nam tunc ea non probata reus eſſet totaliter abſoluendus, ſi vero qualitas adiecta non faceret cenſeri aliud factum, nec variat effectũ accuſationis, vel inquiſitionis propoſitæ, tunc illa etiam nõ probata poterit ſequi condemnatio, ita * cõmuniter diſtinguere DD.ex theorica Bart. in l. denunciaſſe, quid tamen, nu.2.ff.de adul.teſtatur Corn.cõſ. 33. in litera O.vol. 4.quam etiam * communem opinionem dicit Rom. conſ.100.circa princip. & conſ.166.nu.8.quem refert Corn.conſ.197.in litera C.lib.2. Marſ. in pract.crim. §.quoniam.nu.52. vſque ad nu.57.Soc. iun. conſ.39. nu. 2. lib.2.

84 Scias tamen, † quòd ſupradicta diſtinctio, & theorica Bartoli procedit de iure, de conſuetudine autem contrarium ſeruatur, vt ſcilicet reus etiam nõ probata qualitate condẽnetur de principali delicto, de quo eſt conuictus, ita * communiter ſeruari atteſtatur Bal. in d.l.2.col.2.C.de probat. quem etiam refert Anan. in c.cõtinentiã, nu.5. de clerico percuſſore. & Blanc. in prac.crim.fol.50.nu.66.& ſeq.& in ſpecie in curijs Delphinat. ita ſeruari atteſtatur Guid. Papæ deciſ. 553.incip. ſi quis accuſetur, & ita pluries vidiſſe ſeruari teſtatur Iulius Clar.pract.crimin.q.66.num.4.& ab hac conſuetudine in practica non eſſe recedendum affirmat.

85 Tertiò infertur, † quod aſſerens ſe, vel alium cum aliqua qualitate illam debet probare, prout ſupra diximus in concluſ.præced.in verſ. qualis.

86 Limita modo principale † dictum, vt non procedat in qualitate naturali, & quæ naturaliter ineſt, & quæ nobiſcum naſcitur, quę cum ab omni accidenti ſeparata ſit ſemper adeſſe præſumitur.gloſ.in c.ſi fortè de elect.in 6.gloſſ.& DD.in c.is, qui fidem, de ſponſal. Franc.Marc.in deciſ.139.lib.1.latè Alc. in tract.præſumpt.reg.1.in prin.Quod tamen amplia, limita, & declara, prout in concluſ. bonus, & malus, & ſparſim in alijs locis opportunis.

87 Secundò limita, & declara, † vt licet qualitas non præſumatur, ea tamen, quæ præſumuntur eo ipſo probantur, quod contrarium non probetur, Cæphal.cõſ. 206.nu.16.vol.2.Alc.de præſump.reg.5.præſump.21. num. 2. Iaſ.in l.is poteſt, colum.fin.verſ.contrarium. ff.de acquir.hæredit.l. pen. C. qui milit. poſ. vel non lib.12.

88 Tertiò declara, quòd data aliqua † qualitate in aliquo, eam præſumitur ſcire, qui cum illo contrahit, Pariſ.conſ.57.nu.24.vol.4.Bertran. conſ.171.num. 8. col.3.lib.1.Bal. in l.ciuile. C.de furt. Alex.conſ. 129. colum.pen.vol.3.Caſtr.in l.1.§.non autem, verſ.item aliàs conſului.ff.de exercit.act.facit, quòd not.p Bar. in l.ſi patronus.ff.de confirmat.tut. vbi dixit, ꝙ eligẽ-
89 tes † præſumuntur habere notitiã electi, & ideo non excuſantur canonici, q eligunt indignum, & Alex.in l.ſi cum dotem, §.ſi mulier.ff.ſol. matr. col. 2. verſic.
90 vnum adde, dicit ꝙ † non admittitur excuſatio creditoris, qui acceptauit debitorem, qui non erat ſoluen-
91 do, & ratio eſt, quia † qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus cõditionis eius, ita aduert. inquit text.in l. qui cum alio, de regul.iur.vbi Dec.&
92 Cagn.& ex quo deberet ſcire † cõditionem illius præſumitur ſciſſe, cum ſcientia præſumatur in ijs, quæ qs inquirere tenetur per glo.in c.præſumitur, de reg.iur. in 6.cum ſimilibus cõcordantijs, de quibus ſupra nos, præcipuè in concluſ.879.nu.3.vol.2.

93 Animaduertendũ eſt, † ꝙ licet qualitas, vt diximus non præſumatur, tamen ex ea bene præſumitur, & ideò ex qualitate perſonę præſumitur contra, vel proper-
94 ſona, Crau.conſ.129.nu.6.vbi dicit ex perſona † diligenti præſumi ea omnia facta eſſe, quæ ad officium diligẽtis pertinent, & qualitatem facti ex perſona facientis præſumi probatur, in c.abſit.11.q.3. & in c.eadem dicta.23.q.4.& ita not.gl.in c.nos omnes, in verbo, flagello.5.q. 5.& ad idem allego text.in c.ſi quis grãmaticam, diſtin. 38.vbi habetur præſumi eo ipſo
95 bonum, † quod ab aliquo bono fuit factum, ſicuti ecõtra præſumi malum, ſi ab aliquo malo fuit factũ, prout in terminis hoc idẽ cenſuit Cępol. de ſimulat. contract.præſump.22. nu.72. vbi etiã teſtatur ſemper
96 malè præſumi † de eo circa contractus vſurarios, qui illos facere conſueuit, gl.& Bald.in l.ſi præſides.C.de dona.ante nup.Spec.de relationib.§.1.circa fin.Boſſ. tit.de conuictis, nu.29.Bertaz.cõſ.2.nu.13. crim.uol.
97 1.ubi dicit, quòd attenta † claritate, & honeſtate perſonæ minuitur fides probationum exiſtẽtium contra illum in aliquo delicto, idẽ uoluit Barbat. col. 3.ubi
98 uoluit, quòd nobilitas † alicuius perſonæ faciat ceſſare ſuſpicionem ſiniſtram contra illum nobilem, ad quod vide, quæ nos latiſſimè diximus in concluſio. 1096.vol.2.huc ſpectat, quod pulchrè dixit Ang. in l.à bonæ fidei, per illum text.ff.de rei vendic.vbi ait ſe liberaſſe quẽdam Poteſtatem Bononiæ in ſindicatu,
99 † qui erat in magna ſuſta, ex quo credidit bono viro, quòd non faceret ſiniſtrum, & Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de locato, in princ.adducit exemplum de eo, qui accommodauit Roccam cuidam nobili, qui poſteà fecit proditionẽ de illa Rocca, vt accommodans excuſetur, ſi credidit viro nobili, pro quibus faciunt, quæ etiam voluit Bertazol. d. conſ. 2. num. 10.
100 in fi.vbi ait propter bonam famam † de aliquo non poſſe pręſumi quid mali contra illum, exemplificans in mercatore accuſato de contractu fœneratitio, quẽ propter bonam famam conatur defendere à tali imputatione, pro quo faciunt ea, quę ſcripſit Crau.conſ.
101 145.nu.24.vbi voluit † bonã famam de aliquo purgare omnes ſuſpiciones contra illum, quod etiã placuit Rol.à Val.conſ.96.nu.20.vol.2.Bal.in l.fin.C.de probat.& in l.2.col.8.q.15.C.de ſeruit.& acq.vbi ait,
102 quòd qualitas † perſonarũ facit pręſumi quem admiſſum de iure, vel ex gratia, & Tiraq.de retract.con-
103 uention.ad fi.tituli, nu. 133. dixit ex † qualitate perſonæ pręſumi bonam, vel malam fidem, idem voluit Bal.in l.cum ſic.§.eam ſanctionem.ff. de tranſact. &
104 in l.creditores.ff.de priuileg.credi.& ex pſonę † qualitate

litate benè, vel malè de illa præſumi teſtatur Gramm.
conſ.33.nu.16.Pariſ.conſ.99.num.43.& 44.vol.3.vbi
105 dicit relinqui† arbitrio iudicis, qd ex qualitate ali-
cuius ſit iudicandum,ſecundum DD. in l.ſciendum.
ff.qui ſatiſd.cogant.& Ant. Gabriel. conſ. 169.nu.8.
facit dictum Cæpol.conſ.21.nu. 34. vbi inquit quòd
ſi notarius aliàs ſcripſit in inſtrumento aliquid preter
intentionem partium,præſumitur illud errore feciſſe,
ſi vero aliàs fuit malus,præſumitur illud dolo feciſſe,
his omnibus conueniunt, quæ voluit Menoch. de
arbitrar.lib.2.cent.2.caſu 170.nu. 23. dum voluit per-
106 ſonæ qualitatem† in decernendis alimẽtis multum
operari; aliter enim ſunt decernẽda pro puero,aliter
pro iuuene,aliter pro ſene. Rurſus aliter pro viro in-
duſtrio,aliter pro ignauo, quod idem eſt conſideran-
dum circa perſonam relinquẽtis alimenta, videlicet
cuius conditionis fuerit cum alimenta reliquit, quæ
omnia tamen à iudicis arbitrio pendere teſtatur. Et
confert ad ſupradicta,quod conſuluit Mant. cõſ.325.
nu.6.vol.1.& docuit Blanc.in l.fin.nu.89.ff.de quæſt.
107 videlicet,quod inimicus† ſemper præſumitur malè
de inimico cogitare, itidemque extruere inſidias, &
ſemper inire conſilium, quo pacto illi nocere poſſit,
Crau.de antiq.temp.par.4.verſ.circa præmiſſa,nu.33.
108 & 34.fol.209.inquit, ꝙ ex qualitate† perſonæ conſi-
deratur,quando poſſit dici magna, vel parua vtilitas
109 in aliquo negotio,& ex qualitate† ſermonis præſu-
mi qualitatem loquentis,no.DD.in l. pen. ff. de cõd.
indeb.Bal.in l.ſed,& reprobari,in prin.ff.de excuſ.tut.
Dec.in l.ſemper in ſtipulationib.nu.4.ff.de reg.iur.
110 Amplia, vt non ſolùm † præſumatur ex qualitate
alicuius ſubiecti circa illud ſubiectũ, ſed etiam circa
proueniens ex eo, vt habemus in filio, qui eo magis
bonus præſumitur,ſi ex bonis parentibus ortus fuerit.
arg.l.quod ſi nolit.§.quia mancipia,vbi gl. & DD. ff.
de ædili.edict.& not.Ioan.de Amic.in conſ.86.num.
13.& in conſ.134.nu.10.& facit illud Ariſtotelis Re-
111 thoricorũ,lib.5.c.16.dum inquit:nobilitas,† & edu-
catio ad faciendam fidem adhibentur: veriſimile
enim eſt probum ex probis, & bene educatũ euaſiſſe,
vnde etiam illud vetus Adagium, Philoſophus Phi-
loſophum generat.
112 Et in fortioribus terminis† ex qualitate patris circa
filium præſumi voluit Alberic. de Roſa. in ſuo opere
ſtatutorum.1.par.q.74.vbi dicit,quòd ſi ſtatuto caue-
tur,quòd nullus poſſit eligi ad aliquod officium: niſi
habeat in bonis libras centum,& quidam filiusfami-
lias,cuius pater habeat in bonis vltra centum libras,
electus ad vnum officium habebat aduerſarium, qui
eum ab officio excludere nitebatur, dicens quòd nõ
habebat in bonis centum, ſecundum formam ſtatuti
cõtra quem obijciebatur, quòd pater habebat in bo-
nis pluſquam cẽtum,concludit, quod hoc caſu filius-
familias debet admitti ad officium, & ita fuiſſe con-
ſultum teſtatur,ad quod inter alia allegat l.in ſuis. ff.
de liber.& poſthu.vbi idem Alber.& l. ſecundam. §.
filium.ff.pro hærede,& facit ad hoc text.in l. fi. ff. de
impub.& al.ſubſtit.& maximè id, quod per Ang. ibi
113 dicitur.vbi vult,quòd ex habilitate patris† filius ha-
bilis præſumatur, vt puta ſtante ſtatuto, quod nemo
poſſit miles eſſe: niſi habeat mille in bonis,ſi filiusfa-
milias nihil habet, ſed pater eius habet mille, filius
reputatur habilis, & poterit eſſe miles,quod etiã pla-
cuit Cæpolæ de ſeruis fugiti. nu. 80. vbi inducit exẽ-
plum de illo qui fecit furtum,qui erat filiusfamilias,
& ſic in bonis parũ,aut nihil habebat, ſed pater eius
erat diues,& concludit,quòd filiusfamilias fur inſpe-
cta qualitate patris reputabitur diues, & ſic furtũ per
eum factum debet iudicari magnum.
114 Secundò ex qualitate† inſtrumẽti percutientis prę-
ſumitur animus occidẽdi,vt puta ſi quis enſe, pugio-
ne, & iſtius generis armis ad occidendum aptis vul-
nerat,ita notatur in l.1.§.diuus Adrian.vbi præcipuè
Bart.ff.ad l.Corn.de ſica.& ibi Marſ.nu.13. cum ſeq.
DD.in c. ſignificaſti, circa finem, de homicid. cum
alijs,de quibus per eos latè ſupra in concl. 97. vol. 1.
nu 2.vbi etiam diximus ex qualitate loci,ideſt ex cor-
poris parte,in qua vulnus fuerit illatum,præſumi ani-
mum occidendi iuribus ibi per nos adductis.
115 Tertiò ex qualitate rei præſumitur† quid ſit actum
inter contrahentes,vt not.Bart. poſt gl.in l.ſemper in
ſtipulationib.ff.de reg.iur.vbi Dec.& gl. vna cũ Bart.
in l.1. §. qui ſuperficiem. ff. de ſuperficiebus in verbo
116 agendo,quæ dicit,quod ex qualitate† pretij colligi-
tur,an fuerit venditio, vel locatio, idem Bart.in l.pa-
tronus.§.1.ff.de leg.3.inquit, quod ſi vẽdo tibi talem
domum,vſque ad talẽ domum protenſam,& dubita-
tur,an vſque, ſtet incluſiuè, & ſic comprehendat illã
domum,hoc diſcerneret qualitas pretij, & rerũ ſimi-
lem deciſionem poſuit Ang.in l.quicquid aſtringen-
dæ,in princ.ff.de verb. obl. idem conſuluit Alex.cõſ.
26.vol.4. vbi ait, quòd ſi vendo tibi librũ decẽ flore-
nis,& non dixi de quibus florenis, hoc diſcernetur ex
qualitate valoris libri,Franc.de Aret.conſ.6.nu.9.vbi
117 conſuluit,quòd in contractibus† licet ex ſignificatu
verborum comprehenderetur aliqua res,non tamen
comprehendetur, ſi attenta qualitate, & quantitate
pretij,non ſit veriſimile partes de illa ſenſiſſe, quãdo
illa verba alio ſignificatu reperiuntur poſita,vel poſ-
ſent poni,& idem voluit Bart.in l.cum tabernam, in
prin.ff.de pig.Petr.de Anch.conſ.402.incip.pluribus
rationibus.nu.5.Bal. in l.Paulus, la 1.ff.de leg.3.l.fin.
C.comm.vtriuſque iud.l.queſitum.§.ſed,& ipſe.ff.de
fundo inſtru.vel inſtrumen.leg.idẽ Bart.in l.ſi pater,
in prin.ff.de donat.Aret.conſ.60.Alex.& Bal.in l. ex
conuentione.C.de pact.Pariſ.conſ.32.num.31.vol.1.
facit,quod conſuluit Alex.conſ.244.vol.1.vbi reſpõ-
118 dit,quòd ex† qualitate, & quantitate operarum co-
gnoſcitur, quid ſit aſſignandum pro mercede, & ex
qualitate, & quantitate rei pater promittens filio ſti-
pulãti,cenſetur donare, teſte Bar.in l.ſi pater,in prin.
ff. de donat.
119 Ex qualitate rei † legatæ colligitur coniectura vo-
luntatis teſtatoris, & ideò licet legatum relictũ à cõ-
ſanguineo Epiſcopo præſumatur relictũ intuitu per-
ſonæ,non autẽ Eccleſiæ.c requiſiſti,de teſta.ſi tamen
teſtator legauerit calicem, vel pateram, vel tintina-
bulum, ex qualitate harum rerum legatarũ præſumi-
tur legatum relictum Eccleſiæ, non autem perſonæ,
* vt dicunt* magis communiter Doct.in d.c. requiſiſti,
& ita teſtatur,& ſequitur Soc.ſen.in l.ciuibus, nu.14.
in fine, de reb. dub. ſicuti è contra quamuis legatum
relictum Epiſcopo ab extraneo intelligatur eſſe reli-
ctum contemplatione Eccleſiæ,eique acquiratur, d.
c.requiſiſti: nihilominus non habet locum, quando
ex qualitate rei legatę aliud colligitur,vt puta,ſi quis
legauit prælato falconem, vel canes, vt DD. tradunt
in d.c.requiſiſti,& Soc.in d.l.ciuib.nu. 5. quos omnes
refert,& ſeq.Manti.de coniect. vlti. volunt.lib.6.vbi
alijs exemplis præſumptionem prouenietem ex qua-
litate rei legatæ comprobat, & in tit.ſuperiori tracta-
uit de præſumptione proueniente ex qualitate perſo-
næ, quæ facillimè per te videre poteris, & nos ſupra
diximus in concluſ. 968. vol. 2. quo in loco reperies
ſecũdum qualitatem perſonarum legata eſſe mode-
randa, & interpretanda.
120 Ex qualitate furantis,& illius,cui eſt factum furtũ,
magnum an paruum ſit,colligitur,vt puta,ſi ſit diues,
vel pauper,arg.tex.in l.ſed,& ſi ſuſceperit,& quod ibi
no.gl.& DD.ff.de iudic.& quod no.Bar.in l.reſpiciẽ-
dum.§.furta domeſtica.ff.de poen.Cæpol.in auth.ſed
nouo iure.C.de ſeru.fugit.nu.79.

CON-

# CONCLVSIO MCCLV.

## ARGVMENTVM.

Quantitas vna, an plures præſumantur, & quãdo, tàm in actibus inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus.

### SVMMARIVM.

1 *Quãtitas pluries nominata in actu inter viuos, vna eadẽque cenſetur, quando eadem cauſa, cum eadẽ quantitate concurrit. Contr. ibid. nu. 2. Concil. ibi. nu. 4.*
3 *Tẽporis diuerſitas, facit præſumi diuerſitatẽ obligationũ.*
5 *Quantitas eadem, ex eadem cauſa bis à ruſtico ſtipulata, vna tantum præſumitur.*
6 *Quantitas ex eadem cauſa bis confeſſata per ſtipulationẽ, vna præſumitur, etiamſi eadem cauſa in 2. promiſſione expreſſa non ſit, & cur. ibid. nu. 8. & 9.*
7 *Pluralitas actuum non præſumitur.*
10 *Quantitas eiuſdem ſummæ bis extraiudicialiter confeſſata ex eadem cauſa, vna tantum cenſetur, ſecus eſſet, ſi bis fuiſſet in iudicio confeſſata, vt ibid. nu. 11.*
12 *Quantitas eadem præſumitur, quando quis per teſtes probat diuerſas promiſſiones, etiamſi inæquales.*
13 *Teſtes quorum vnus de maiori, alter de minori ſumma deponunt, in minori ſumma probant. Contrar. vt ibid. nu. 14. & 15. Concil. ibid. nu. 16.*
15 *Diuerſitas ſummarum, inducit præſumptionem diuerſitatis actus.*
17 *Inſtrumenta plura, ſi eodem tempore, de eodem actu confecta ſint, & in vno continetur maior ſumma, quàm in alio, dicuntur concordes in minori ſumma.*
18 *Teſtes ſingulares, de diuerſis ſummis deponentes, non probantur concordes in minori ſumma.*
19 *Quantitas vnica cenſetur, quando vna ſumma per ſcripturam, altera ſimilis per teſtes probatur.*
20 *Quantitas diuerſa cenſetur, quando diuerſæ ſummæ ſunt in diuerſis promiſſionibus, etiamſi eadem cauſa ſubſit.*
21 *Quantitas diuerſa præſumitur, cũ ſcripturæ diuerſæ, diuerſo tempore factæ apparent, etiamſi adſit eadem cauſa.*
22 *Quantitates repetitæ in diuerſis inſtrumentis, eodem tempore factis, ſed à diuerſis notarijs, diuerſæ præſumũtur.*
23 *Debita tot præſumuntur, quot ſcripturæ capita ſunt.*
24 *Scripturarum diuerſitas, arguit diuerſitatem voluntatis.*
25 *Scripturæ fides ſemper firma permanet.*
26 *Quantitas præſumitur diuerſa, quando concurrit diuerſitas perſonarum in obligatione.*
*Quod tamen iudicis arbitrio relinquitur, vt ibi. nu. 27.*
28 *Quãtitas duplicata præſumitur ex qualitate obligationũ.*
29 *Quantitas diuerſa præſumitur, quando duæ ſtipulationes etiam pro eadem cauſa, eiuſdem quantitatis factæ ſunt. Et cur. ibid. nu. 30.*
31 *Interpretatio facienda eſt, vt actus valeat.*
32 *Quantitas in duabus ſtipulationibus repetita non præſumitur diuerſa: niſi illæ ſtipulationes, diuerſo tempore, & à diuerſis notarijs factæ ſint.*
33 *Inſtrumẽta duo, ſi reperiantur, in quibus quis ſit debitor ex eadem cauſa, puta mutui, debita diuerſa præſumuntur, ſi ea inſtrumenta diuerſis temporibus facta ſunt.*
34 *Diuerſitas loci, & temporis, inducit diuerſitatem facti.*
35 *Quantitas eadem repetita in duabus ſtipulationibus, non præſumitur diuerſa, quando tanta eſt coarctatio loci, & temporis in vtraque ſtipulatione, quod de neceſſitate concluderent de eodem actu.*
36 *Quantitas eadem, vel diuerſa, ex qualitate perſonarum præſumitur.*
*Quod tamen pendet à iudicis arbitrio, vt ibid. nu. 37.*
38 *Solutio bis facta, ex bina quitatione, an præſumatur, & nu. 39. ibidem.*
40 *Cautela, ne quantitas in duabus ſtipulationibus repetita diuerſa præſumatur.*
41 *Quantitas ſæpiùs in eodem teſtamento repetita, eadem cenſetur, & debetur ſemel tantum.*
42 *Quantitas ſæpiùs legata diuerſo modo, non eodem, ſed duplicata præſumitur.*
43 *Quantitates diuerſæ legatæ præſumuntur ex variatione modi, temporis, & loci.*
44 *Quantitates legatæ ſæpiùs in diuerſis ſcripturis, diuerſæ præſumuntur: niſi in vtriſque ex eadem cauſa legaretur, vt ibidem nu. 45.*
46 *Quantitates vbi in diuerſis ſcripturis æquè principalibus, ſæpiùs legatę ſunt, minor quantitas debetur.*
47 *Legatum in dubio, minimum quod eſt videtur.*
48 *Quãtitas eadem à diuerſis hæredibus ſæpiùs legata diuerſa cenſetur.*
49 *Quantitas eadem vbi pluribus legatur, omnibus debetur: niſi aliter de mente teſtatoris appareat, vt ibid. nu. 50.*
51 *Quantitas eadem vbi pluribus legata eſt ſub nomine collectiuo, vt filiabus, ſemel tantùm debetur.*
*Quod tamen declara. ibid. nu. 53.*
52 *Plures vocati ſub nomine collectiuo, pro vno reputantur.*
54 *Dictiones diſtributiuæ, vnicuique inſolidum rem de qua agitur attribuunt.*
55 *Dotis legatum, licet pluries repetitum vnum cenſetur, & ex quantitate patrimonij æſtimatur.*
*Et cur ibid. nu. 56.*
56 *Legatum ex facultatibus teſtatoris æſtimari debet.*
57 *Voluntas teſtatoris, aut ex magnitudine, aut mediocritate facultatum elicitur.*
58 *Legatum obſcurum, debet ex quãtitate patrimonij, à bono viro declarari.*
59 *Teſtatoris, & legatarij neceſſitudo, & caritas attenduntur in legatis, præualet tamen declaratio, quæ ex opibus teſtatoris deſcendit.*
60 *Legatum vbi in alterius arbitrium collatum eſt, intelligitur pro modo patrimonij*
61 *Dos congrua dicitur ſecundum exiſtentes facultates.*
62 *Teſtatoris voluntas ex quantitate hereditatis declaratur, vt plus, vel minus hæredem grauare videatur.*
63 *Onus à teſtatore iniunctum ex qualitate rei legatæ interpretatur.*
64 *Quantitas in teſtamento repetita, quando eadem cenſeatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
65 *Dos congrua, quæ dicatur, vbi dos incerta eſt relicta, iudicis arbitrio relinquitur.*
66 *Alimentorum quantitas nõ determinata iudicis arbitrio diffinitur.*
67 *Impenſa, quæ magna, vel parua dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*

Non parum controuerſiæ ſemper fuit apud iuris ciuilis interpretes, quando, & quomodo plures, an vna quantitas in duabus ſcripturis, vel in vna, ſed repetita præſumatur. Quod, vt clarius reddatur, hanc diſceptationem in duos principales caſus diuidam, quorum primus eſt, quando agimus inter viuos, ſecundus vero in vlti-
1 ma voluntate. Inter viuos† eadem quantitas cẽſetur, quando eadem cauſa cũ eadem quantitate cõcurrit, licet poſt aliquot dies fuerit repetita, vt puta ſi promiſi tibi decem reddere ex cauſa mutui ſimpliciter, deindè poſt aliquod tempus ex eadem cauſa mutui per ſtipulationem interueniente ſcriptura decẽ reddere promiſi. Nam tunc eadem ſumma præſumitur ſm Bar. in l. triticum, nu. 3. vbi et Alex. nu. 6. vbi cum
* Bar. * communiter DD. trãſire teſtatur. & Cum. ff. de verb. obl. Crau. conſ. 282. num. 1. verſ. 2. amplius hanc
* eandem ſententiam* communem dicit Soc. cõſ. 129. nu. 10. lib. 4. & ratio eſt, quia præſumitur deuentũ eſſe ad ſcripturam ſolùm propter faciliorem probationẽ, arg. l. quidam tabularum de furt.
2 Contrarium† ſenſit Floria. in l. quinquaginta. ff. de prob. vbi tenet, quod ob temporis interuallum inter vnam, & alteram ſcripturam ſummam duplicatam eſſe præſumi debere, & cum illo tenent Barb. cõſ. 25. col. 3. lib. 1. Neuiz. conſ. 96. num. 2. Crauet. conſ. 282. nu. 2.

3 nu.2.verſ.4.concurrit. vbi voluit † ex temporũ diuer-
ſitate diuerſitatem etiam obligationũ præſumi, licet
ſit identitas rei ex mẽte Baldi in l.ſeruo. §.ſi à primo,
ff.de leg.1.& in l.Sempronius.in 2. no. ff. de leg. 2. &
in l.ne caſu.C.de diſcuſſo.lib.10. Hanc etiam partem
quaſi titubans ſequitur Alex.in conſ.4. col. 2. verſic.
vltimo iuuatur caſus iſte,vol.1.Iaſ.in conſ.89. col. 1.
in fine libri tertij,& in d.l.triticum,nu.8.in fin.
4 Hanc contrarietatem † iudex ipſe accommodabit,
ex quo ipſius arbitrio conſiderata qualitate perſona-
rum debitoris,& creditoris,& breuitate, vel longitu-
dine temporis inter vnã, ac alteram promiſſionẽ di-
ſcutiendam tribuũt,primus Martinus Ianenſis in illa
ſua diſputatione,quam refert Alber. in d.l.quinqua-
ginta.ff.de probat.& eum ſequuti ſunt Neuiz. d. cõſ.
69.nu.13.Alc.in l.triticum,in fi.& poſtremo doctiſſi-
mus,& elegantiſſimus Menochius de arbitrar.iudic.
lib.2.cent.3.caſu 213.nu.4.& hoc ſuadere videtur, ꝙ
voluit Florian.Fulgoſ.& alij DD.in d.l.quinquagin-
ta,& poſt illos Alex.d.conſ.40.nu. 3. verſ.accedit de-
5 ciſio,& Alc.vbi ſupra,dum aſſerunt,tunc † duplicatã
ſummam minimè præſumi,ſi ſimplex aliquis,vel ru-
ſticus per duas ſtipulationes eandem quantitatẽ pro
eadem tamen cauſa promiſiſſet. Idẽ ſi numeraui tibi
decem,deindè incõtinenti mihi dari decem ex cauſa
mutui à te ſtipulatus ſum : nam quia iſta ſtipulatio
incontinenti facta diceretur pro implemento prioris
contractus numerationis,non eſſe præſumenda ſum-
ma duplicata.ita Alc.in d.l.triticum, nu. 19.verſ.idẽ
cum prior,ex l.cum enim, in fine de nouat.
6 Amplia primam opinionem,† vt procedat licet ſe-
cunda quantitas confeſſata per ſtipulationẽ nõ fuerit
eadem cum prima ſimpliciter cõfeſſata, dummodo
in iſta ſecunda confeſſione per ſtipulationẽ non fue-
rit appoſita cauſa primæ confeſſionis, quia tunc etiã
eadem quantitas præſumitur, vt puta ſi mutuaui tibi
centum, & poſteà promiſiſti mihi per ſtipulationem
ſimpliciter,ideſt abſq; aliqua cauſæ expreſſione quin
quaginta, ſtipulatio præſumitur facta de parte dicto-
rum centum,non autem de diuerſis pecunijs, ita Bar.
in d.l.triticum,nu.5.quem refert, & ſequitur Alexan.
ibid.nu.5.vbi ẽt Imo.& Cum.Iaſ.conſ.70. nu.1.lib.1.
Soc.ſen.conſ.129.nu.10.lib.4.Ruin.conſ.223.num.3.
lib.1.& Neuiz.conſ.96.nu.5.& ratio poteſt eſſe, quia
7 actuum pluralitas † nõ præſumitur, & qui qualitatem
allegat,probare debet,prout hanc eandem rationem
in his terminis adducit Menoch. vbi ſupra,num.9.ex
mente Baldi conſ.344.col.2.verſ. ſed contrarium eſt,
lib.2.quem ſequutus eſt Crau.conſ.198.col.1.verſ.ſed
vltra,ſed ni fallor leuis eſt ratio iſta,quia ſi vera eſſet,
idem dicẽdum foret in cæteris actibus, & promiſſio-
8 nibus,vt puta,quando † duæ ſtipulationes eiuſdẽ quã-
titatis,& pro eadem cauſa factæ ſunt,quo caſu ſi eſſet
attendenda regula,& cõis DD.doctrina actuũ plura-
litatem non præſumi debere,vna, & eadẽ quãtitas in
prima, & ſecunda ſtipulatione eſſet præſumenda, &
tamen diuerſæ ſummæ præſumũtur,prout voluit Bar.
in d.l.triticum,nu.3.verſ.ideo in dubio, quẽ ſequitur
Iaſ.ibid.nu.9.Caſtr.in l.ſcire debemus,de verb.oblig.
* & hãc receptam * communiter opinionem eſſe teſta-
tur Menoch. vbi ſupra. nu. 30. & ideo alia poteſt ad-
9 duci,videlicet quia quantitas † deducta in ſtipulatio-
ne,in qua non fuit facta mẽtio de cauſa, intelligitur
facta ex cauſa,quæ præceſſit inter contrahentes vnde
iſta relatio quantitatis deductæ in ſtipulationem ad
cauſam, quæ præceſſit inter partes,inducit identitatẽ
ſummæ, vt hanc eandem rationem innuit Iaſ. in d.
conſ.70.nu.1.lib.1.& Alex.in d.l.triticum,nu.4.
10 Eadem etiam ſumma,† & quantitas præſumitur,li-
cet duæ adducantur extraiudiciales cõfeſſiones eiuſ-
dem tñ ſummæ,& ex eadem cauſa,ita Bart. in d.l.tri-
ticum,num. 4. & cum eo tranſeunt Bal. Ang.Imo.&
Fulgoſ.quos omnes refert,& ſeq.Alex. in l. triticum,
nu.8.vbi etiam Iaſ.nu.10.& Alc.nu.20.Alex.d.conſ.
4.nu.4.& nouiſſimè Menoch.vbi ſupra,nu. 36. ea ra-
tione moti,quia idem eſt,ac ſi de eodem debito quis
haberet plures probationes.l. Sempronium,de leg.2.
Nam quòd tibi debeam decẽ,potes probare per plu-
res confeſſiones,& omnes valent,de quo tamen vide
Alex.vbi ſupra,& Menoch.ibid. nu. 36.
11 Limita ſecus † eſſe,ſi eſſent duę cõfeſſiones factę in
iudicio,qa illæ diſponũt de nouo, & ꝑ conſequẽs ſe-
cũda cõfeſſio iudicialis intelligeret̃ de diuerſo debi-
to,& de diuerſa ſumma,ita Bart.tenuit, licet ꝑ verbũ
fortè,vbi ſupr.nu.5.quẽ refert,& declarat Iaſ.ibi.n.10.
& eũ ſequit̃ Alex.ibi.nu. 8. q conatur defendere hãc
opinionẽ ab oppoſitis per Bal.Ang. Imo.& Cuman.
contrariũ tenẽtes, quorũ tñ argumẽta optimè diluit
Menoch.vbi ſupra,nu.36.& 37. cum duobus ſequen.
12 Eadem quantitas † prę̃ſumetur,quando quis per te-
ſtes probat diuerſas promiſſiones etiam inæquales,vt
puta ſi teſtis dicit Seium promiſiſſe Titio centum, &
interrogatus, quomodo ſcit, reſpondit: Quia vidit
Seiũ promittere Titio quinquaginta, & poſteà vidit
ipſum promittere eidem centum, intelligitur ſecũda
promiſſio computatis dictis quinquaginta in quanti-
tate centum, & ſic ſumitur interpretatio,vt gemina-
ta quidẽ ſit promiſſio, ſed quod in poſteriore ſumma
prior contineatur,ita voluit Fel.in c.cum tu,num.11.
verſ.datur etiam alius modus,de teſtibus,vbi hoc idẽ
ſenſiſſe Abb.Imo.& Butr.teſtatur.
13 Eadem etiam ſumma, † & quantitas præſumitur,
quando teſtis vnus de maiori, alter vero de minori
ſumma deponeret,quo caſu minorem ſummã, & ſic
vnam probarent,ita voluit Corn.conſ.181. num. 60.
vol.2.Dec.cõſ.100.nu.4.Alc.in l.1.§.ſi ſtipulanti,nu.
* 40.vbi dicit * communem opinionem. ff.de verb.obl.
Ruin.d.l.1.§.ſed ſi mihi, nu.14.& ſeq.ff.eodem quos
omnes refert, & ſeq. Gabriel. titulo de teſtibus con-
cluſio.2.in fin.
14 Contrarium † voluerunt Pet.de Anch.Io.de Imol.
& Rom.in l.1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb.obl.& idem
placuit Io.And.in c.1.de arbit.in 6.Archid.in c.nihi-
lominus.3.quæſtio.9.Bal.& Ang.in l.ex facto,§.item
quæro.ff.de vulg.& pup.Speculator in titulo de teſte,
§.ſi poſtquam,verſ.quod ſi plures.Paul.de Eleazar.in
diſputat.ſua,incipien.contra inſtrumentum debiti,&
Imol.in l.inter pares.ff.de re iudic.& Fel.in c.licet ex
quadam,verſ.& iſtud pẽdet,de teſtib.ea ratione, quia
15 † diuerſitas ſummarum inducit prę̃ſumptionem di-
uerſitatis actus.l.quinquaginta.ff.de probat.l.1.ff.eo.
l.cum centum,ſecundum Bar.ff.de adimen. leg.
16 Conciliare tamen † poteris hanc differẽtiam ex li-
mitatione,quam adducit Felyn.in d. loco citato, ad
primam opinionem videlicet, quod illa procedat,
quando conſtat, quod tales de eadem numeratione
deponerent, ſecus autem ſi non conſtaret, quia tunc
procedit hæc ſecunda opinio, & probaretur minor
ſumma per text. in l. Sempronius Proculo. ff. de leg.
2.& declarat Bar.in l.Imperator,col.pen.ff.de ſta.ho.
& facit.l.cum quartam.ff.de leg.1.c.1. de arbitr. in 6.
quam conciliationem apparet fuiſſe de mente etiam
Alex.in d.§.ſi ſtipulatio,nu.11.vbi apertè tenet,quod
ſi conſtat teſtes de eadem numeratione deponere,
probarent de minori ſumma per argumentum,quod
procedit de inſtrumentis ad teſtes.c.cum Ioannes,de
17 fide inſtru. ſed ſi ſunt † duo inſtrumenta eodem tem-
pore confecta de eodem actu, & in vno continetur
maior ſumma, quàm in alio, dicunt ambo inſtru-
menta concordare in minori ſumma, per d.l. Sem-
18 pronius, & demum concludit, quòd quando † ex
diuerſitate ſummarum reſultat ſingularitas teſtium,
nõ probant etiam de minori ſumma. c.licet cauſam,
de probat. ſecus ſi non reſultat ſingularitas etiã quo-
ad numerationem.
19 Eadem ſumma tunc † cenſebitur cũ vna quantitas
ſcriptura,

ſcriptura,altera ſimilis,tamen cõfeſſione, ex teſtibus
probatur, vt puta ſi mihi centum à Sempronio debe-
rentur,quorum quinquaginta recepi, & de illis apo-
cham feci, & euenit,quod coram quibuſdam cõfeſ-
ſus fuerim quinquaginta à Sẽpronio me recepiſſe, &
iſte debitor producat illam ſcripturam in qua conti-
netur, quòd mihi quinquaginta ſoluit, & producat
depoſitionem teſtium,qui deponant,quod confeſſus
fui me recepiſſe à dicto debitore quinquaginta: nam
tunc vna tantum quantitas præſumitur ſoluta, non
autem duæ,& confeſſio illa probata per teſtes nõ erit
noua diſpoſitio,ſed probatio.l.Publia, in fi.ff.depoſi.
& ſic erit eadem ſumma probata per ſcripturam, &
per confeſſionem probatam per teſtes. Huius caſus
eſt in terminis deciſio Afflict. 198. & ita votatũ fuiſ-
ſe,deciſum, & determinatum in conſilio Neapolita-
no iuribus ibi percum.

20 Diuerſa autem quantitas tunc cenſebitur cum ea-
dem ſubeſt promiſſionis cauſa in vtraq; quãtitate,ſed
ſummæ ſunt diuerſæ, vt ſi centum primo promiſi ex
cauſa mutui, ſecũdo vero quinquaginta ex eadẽ cau-
ſa mutui: nã tunc diuerſas quantitates promiſſas pręſ-
ſumendum erit.ita Bart.Bald. Ang.& Caſtr.in l.ſcire
debemus.ff.de verb.obl. vbi etiam Imo. in princ.Iac.
de Aret.& Bart. in l. cum centum. ff. de adim.leg. &
not.in gl.in l.ſi is,qui ducenta.ff.de reb.dub.idem cõ-
ſuluit Alex d.conſ.4.verſ.accedit deciſio,& verſ.non
obſtant allegata,lib.1.Io.And.in c.1.de arbitr.in 6.in
Nouel.Bal.Ang.& Imol.in l.ex facto.§.item quæro.
ff.de vulg.& pupil.Imo.Rom.& Alex. in l.1.§.ſi ſti-
pulanti.ff.de verb.obl.Ruin.conſ.31.nu.4.in fi. lib.4.
Iaſ conſ.57.col.1.lib.3.& in l. planè. §. ſi eadem, nu.
11.de leg.1 & in d.l.triticum, nu. 8. verſ. item contra
* Bartol.& hanc*magis receptam opinionem teſtatur
Menoch. vbi ſupra.

21 Secundò diuerſa quantitas, † & ſumma duplicata
tunc præſumitur,cũ ſcripturæ diuerſitas diuerſo tem-
pore facta apparet,ẽt ſi adſit eadẽ cauſa, Crau.d.cõſ.
282.n.2.Bal.& Imo.in l.Sẽpronius,de leg.2. & Bal.in
l.ne caſu,nu.2.verſ.porro.C.de diſcuſſor.lib. 10 Iaſ.d.
cõſ.87.col.2.verſ.ſimiliter propter,lib.3. & in d.l.pla-
nè.§.ſi eadem,nu.16.ff.de leg.1.vbi etiam Imol.quos
refert,& ſequitur Ruin.conſ.176.nu.3.lib.1.nu.4.verſ.
22 quinimo, & dicit idem † eſſe quando duæ ſcripturæ
factæ eodem tempore eſſẽt,ſed à diuerſis notarijs,per
dictam l.Sempronius,& ibi DD. & per l.quingenta,
23 aliàs quinquaginta ff.de prob.& facit illa ratio, † tot
præſumi debita,quot ſcripturæ capita ſunt.l.cũ res.ff.
de euictio.l.ſcire debemus, de verb.oblig.& quod ex
temporũ diuerſitate,diuerſitas ẽt obligationũ præſu-
matur,licet ſit idẽtitas rei,teſtatur Bal. in l. Seruio.§.
ſi à 1.ff.de leg.1.& faciũt not.p Soc.in l.1.in prin. col.
5.poſt med.ff.de vulg.& pup.& p Alex.cõſ.3.col.2.in
fi.verſ.aliud ẽt vehemẽter obſtat,lib.2.in cõſ. 188.in
24 fin.lib.7.& ex diuerſitate † ſcripturarũ diuerſitatẽ vò-
luntatum argui nos docuit Bar.in d.l. Sempronius,in
1.oppoſi. & differt hic caſus à primo,in quo probaui-
mus ex eadẽ quãtitate,& cauſa ſimpliciter promiſſa,
& poſt aliquot dies per ſtipulationẽ repetita, eandem
ſummam cenſeri, quia in illo primo caſu præſuppo-
nitur primam promiſſionem ſimpliciter,ideſt coram
teſtibus, nulla aũt interueniente ſcriptura factã eſſe:
hic vero,& primã,& ſecundã interueniẽte ſcriptura,
quo caſu maior ineſt cauſa, & ius,quã qñ interueniũt
25 teſtes: nam ſcripturæ fides † vna ſemper ineſt, & vix
interitura,ſecùs illa teſtium: quocirca promittens di-
uerſis temporibus coram diuerſis teſtibus, ea ratione
promiſiſſe videtur,ne is creditor dubitaret,vel morte
illorum, vel alio euentu,iacturam ſui crediti facere,
quod non in ſcriptura contingit,prout hoc modo di-
ſtinguens nos docuit Menoch. vbi ſupra nu. 21.

26 Tertiò diuerſa quantitas † tunc pręſumetur,qñ cõ-
curret diuerſitas perſonarum in obligatione, vt puta
ſi in aliquo inſtrõ faterer habuiſſe centum à Mæuio,
& à Sempronio, in alio vero inſtrumento à Sempro-
nio tñ centũ recepiſſe,ita voluit Bar. in l.ſi Stichũ.§.
fi.ff.de ſolutionib.quẽ ſequiť Iaſ. cõſ. 87.col.1.poſt
med.& ambos refert ſeq.Crau.vbi ſup.n. 2.Iaſ.d.l.Ti-
tiũ,nu.8.ver.ſimiliter,vbi Alc.n.22.& in d.l.planè. §.
ſi eadẽ.nu.11.in fi.idẽ tenuit Menoch.vbi ſup.nu.24.
in quo tñ iudicis arbitriũ multũ poſſe admonet,cum
aliquando ea ſit quorundã hominũ facilitas, & ſim-
27 plicitas,† vt patiať ſe plus vno vinculo ligari: & ideo
obligationis qualitate,perſonarum, & ſummæ inſpe-
cta pro ſua prudentia iudex controuerſiam definiet.

28 Quartò ſumma duplicata, † & quãtitas diuerſa cẽ-
ſebitur, inſpecta qualitate primæ,& ſecundæ obliga-
tionis,vt puta ſi prima ſit pura, ſecunda vero obliga-
tio ſub conditione: nam tunc licet ambæ cõtineant
eandem ſummam, & cauſam: tamẽ diuerſa qualitas
efficiet, vt ſumma credatur duplicata, ita docuit nos
Bal.in repet.l.edita.col.vlt.ver.& ideo dubitari ſolet.
C.de eden.& pluribus rationibus idem cenſuit Fel.in
c.cũ Ioãnes,nu.8.de fid.inſtr.Ruin.cõſ.31.nu.4.lib.4.
quos ẽt refert,& ſequitur Menoch.vbi ſupra, nu.25.

29 Quintò diuerſa quãtitas præſumitur,† cum duæ ſti-
pulationes eiuſdem quantitatis etiam pro eadẽ cauſa
factæ ſunt,ita Bar.in d.l.triticum, nu. 3. vbi Alex.nu.
6.& Iaſ.nu.9.Bal.in d.l.Sempronius.de leg.2.Paul.de
Caſtr.in l.ſcire debemus,in prin.ff. de verb. obl.Ang.
& Imol.in d.l.planè.ff. de leg.1.§.ſi per eadem Alex.
in d.l.qui bis idem,nu.7.et in conſ.4.nu. 3. verſ. acce-
dat quia lib.1.Barb.cõſ.25.nu.5.lib.1.Ruin.conſ.176.
nu.2.lib.1.Alc.in d.l.triticũ in finẽ.et hanc receptam
DD.opinionem teſtatur Menoch. vbi ſupra, nu.3. et
ratio generalis huius ſententiæ eſt, quia aliàs redde-
30 retur ſecunda ſtipulatio inutilis.l. qui bis. ff. de verb.
oblig.cũ ibi not.iuncta l. quoties in ſtipulationibus
31 eo.tit.et in dubio ſumenda eſt illa † interpretatio,qua
actus valeat,et aliquid operetur.d.l.quoties, Bart. in
d.l.triticum,nu. 3. vbi Alex. nu.6.hancq; rationẽ co-
natur defendere Barbat.d.conſ. 25. col.2.

32 Limita,vt hoc dictum † tantum habeat locum, qñ
diuerſis tẽporibus factæ fuiſſent dictæ ſtipulationes,
aut à diuerſis notarijs, Bal.in d.l.Sempronius, et in d.
l. ne caſu. C. de diſcuſſo. lib.10.et in l.noſtram.C. de
teſtibus. Alexand.in d.l.triticum, numer. 7. Imol. in
33 d.l.Sempronius,vbi voluit,quòd † ſi reperiantur duo
inſtrumenta eiuſdẽ ſummæ,et in quibus quis ſit debi-
tor ex certa cauſa,vt puta mutui, ꝙ ſi ſint facta diuer-
ſis temporibus, ꝙ non præſumitur idem debitum,ſed
diuerſum, per d. l. quinquaginta, vbi hoc idem not.
Floria.Hoc idem ſenſit Ruin.d.conſ.176.nu.3.et 4.et
Crau.d.conſ.282.nu.2.facit,quod voluit Soc.in l.1.in
prin.col.5.poſt med.ff.de vulg.et pup. vbi dicit,quòd
34 ex † diuerſitate loci,et tpis, inducitur diuerſitas facti,
per l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condict. indeb. et
quod diximus de diuerſo notario hoc voluit etiam
Ruin.d.conſ.176.nu.5.vbi ait ſecus eſſe,ſi illæ duæ ſti-
pulationes reperiantur ſcriptæ ab eodem Notario,qa
tunc viderentur eſſe duo exempla eiuſdẽ inſtrumẽti.

35 Secundò limita,† niſi tanta eſſet coarctatio loci, et
temporis in vtraque ſtipulatione, quod neceſſitate
concluderet de eodẽ actu, vt puta ſi diceretur de actu
facto in tali loco,et tali die,et hora, ſecundum Bart.
in l.2.C.de bon. poſ.ſecun.tab.quem refert, et ſequi-
tur Ruin.conſ.131.nu.5.volum.4.vbi etiam affirmat
ſufficere, ſi diceretur tali loco, et tali die abſque ex-
preſſione horæ.

36 Tertiò limita,vt iã † ſupr.diximus,niſi verſaremur
circa qualitatẽ pſonæ,quæ eſſet ſimplex, vel ruſticus,
vel eius facilitatis,vt præſumi poſſet, ſe plus vno vin-
culo de eadẽ quãtitate ligari paſſũ eſſe: nã tũc dupli-
cata sũma nõ præſumereť,ita poſt Flor.Fulg. et alios
nõnullos,in d.l.quinquaginta,reſpõdit Alex.d.cõſ.4.
37 verſ.accedit deciſio,vol.1. talẽ nihilominus † quali-

tatem

tatem perſonæ à iudicis arbitrio pendere admonet. Menoch.vbi ſupra.nu.32.cum duobus. ſeq.vbi hanc eandem limitationem ſequitur.

38 Animaduertend † eſt, quòd quicquid ſupra diximus,non ſolùm procedit, quoad creditoris petentis perſonam,verunetiam quoad debitorem, qui ob geminatam quietationem contendit,ſe bis ſoluiſſe, & ideò vult vnam ſummam repetere:nam hoc caſu, ita diſtinguendum eſt,prout in relatis iam caſibus diſtinximus,illaq; debitoris perſonæ accõmodanda erunt, prout ſenſit Bal.in d.l.ne caſu.n.2.C.de diſcuſſor.lib.

39 10.licet ibidem affirmet in dubio †reo eſſe fauendũ, vt duæ ſolutiones præſumãtur, & debitorẽ bis ſoluiſſe præſumi,ſcriptũ reliquit Rom. ſing. 547. debitor. Iaſ.in d.l.planã.§.ſi ead.nu.17.ff.de leg.1.Neuiz. cõſ. 96.n.12.in fi.licet de hoc dubitet.Meno.vbi ſup.n.42

40 Ad euitandam tamen † oẽm dubitationem circa quantitates duplicatas,conſultũ optimè erit promittenti,vt in ſecunda promiſſione adijci curet, ꝙ omnis alia promiſſio cõputetur in iſta,vel ſimilia verba, ex quibus voluntas appareat,prout hanc cautelã nos docuit Bart.in d.l.triticum.nu.3. quã approbat. ibidẽ nu.9.& Ang.in d.l.planè.§.ſi eadem, in fi.vbi admonet, ꝙ vt euitẽtur iſtæ amaritudines,apponatur ſemper iſta clauſula,& Iaſ.vbi ſup.dicit hoc idẽ eſſe,quãdo dictũ fuit,computato in hoc omni alio inſtrõ:q̃n ex hoc videret eſſe facta nouatio ꝑcedentium. argu. text. in l. Paulo Callimacho.§.1. ff.de leg.3.ita tenet Bar.in l.2.ff.de nou.Ang.in l.fi.C.eor.idẽ Ang. in l.q vſũfruct.ff.de verb.oblig. Ale.cõſ.2.col.3.ad fi.vol.4.

41 Quantitas † ſæpius in teſtamento relicta, vt ad caſum vltimæ voluntatis deueniamus,nõ amplius, quã ſemel debetur, cum eadem ſemper repetita cẽſeatur. l.planè. ff.de leg.1.l.cum centum,de adimen. leg. facit reg.l.qui bis.ff.de verb.obligat.glo.Caſtren.Alex.
* Iaſ.& reliqui.in d.l planè,vbi hoc * communiter tradunt,teſte Gomez.tomo 1.tit.de leg.nu.38.Rui. cõſil.176.nu.8.lib.1.& conſ.38.nu. 16.lib. 5. vbi & ipſe
* hanc * communem opinionem tradit.

42 Limitatur primo hoc non procedere,†quando aliter apparet fuiſſe de mente teſtantis,veluti ſi variauit circa modum legãdi, vtputa ſi primo legauerit purè,
43 deindè ſub conditione,vel in diem:nã variatio†modi temporis,& loci faciunt,vt diuerſæ quantitates legatæ præſumantur, ita vt omnes ab hærede præſtãdæ ſint.l.cum centum,vbi Bart.ff. de adim. leg. Spec. in tit de teſta.§.1.verſ.item pone.Bal.Cum. Alex. Caſt. & reliqui ſcribentes,in d.l.planè.§.1.Gomez.ſupracitato loco.Ruin.conſ.133.nu.24.li.5.& cõſ.8.n.3 li.2.

44 Limitatur ſecundò † non procedere,quando legatum factum eſſet in diuerſis ſcripturis: veluti ſi in teſtamento,& in codicillis eadem quantitas legaretur: tunc & propter diuerſitatem ſcripturarum diuerſæ, quantitates legatæ videtur.l. quinquaginta.ff.de pro-
* bat.ibidemq; à glo. Bart.& reliquis DD.id* communiter traditur teſte eodem Gomez.ſupra citato loco, glo.in d.l.planè,in verbo,oſtẽdatur,quam ibi appro-
* bat Bart.Alex.& Caſtr.& * communiter DD.vt ibid. teſtatur Iaſ.nu.11 Rui.d.conſ.176. nu.8.lib.1.

45 Sublimitatur tamen † hoc non procedere,quando in vtriſq; ſcripturis ex eadem cauſa legaretur, veluti,ſi in teſtamento quis Lucio Titio liberto ſuo centum alimentorum nomine legauerit, deindè in codicillis,omnibus libertis ſuis, centum pro alimẽtis vnicuiq;dari iuſſerit:nam hoc caſu Titius nõ plus,quam centũ accipiet, quia legatum in teſtamento factum, legato codicillorum abolitũ videtur.l.libertis, quos in prin.ff.de alimẽ.& cib.leg l.2.§.1.ff.de do. prælеg. glo.in d. l. quinquaginta. Bart.in d.l. cum centum.ff. de adimen.leg.Abb.conſ.4.nu.8.lib.2.Cuman. conſ. 18.Raphael.Caſtr.Alex.& Iaſ.in d.l.planè. Mantica de coniect.vlt.volunt.lib.6. tit.14.nu.19.

46 Sublimitatur ſecundò †non procedere hãc limitationem, quãdo in diuerſis ſcripturis æquè principalibus quantitas relinquitur, veluti ſi duo eiuſdẽ teſtamenti exẽpla proferãtur,in quorũ altero centũ Sempronio legent,in altero vero quinquaginta:tũc enim nõ cẽtũ,& quinquaginta,nec cẽtũ quidẽ debebũtur, ſed mitior interpretatio ꝑ hrẽde eſt ſumenda,vt quinquaginta tm̃ præſtãda ſint.l.Sẽpronius Proculo. ff. de leg.2.qđ dictũ ſingulare,ac notab.exiſtimarũt.ibid. Bal.Imo.& Cum. quos ſequẽdo refert Gomeſ. ſupracit.loco:vbi tñ dicit,hoc locũ habere, ſi æquè principales ſint ſcripturę,ſecus ſi vna ſit principalior altera, tũc.n.illi,q̃ magis principalis eſt ſtãdũ erit,veluti ſi reperiantur regiſtrum,& tranſumptũ,tunc. n.potius eſt ſtãdum regiſtro.Huius ſublimitationis ratio eſſe põt,
47 quia in dubio, quod†minimũ eſt, legatũ videtur.l.ſi ita ſit ſcriptũ.§.1.l.apud Iulianũ.§.Seio.ff.de leg. 3.& no.in l.legata gñraliter,eodẽ tit.Ruin.cõſ.118. nu.3.

48 Limitat tertio concluſio†ꝓcedere,q̃ñ non ab vno, ſed à diuerſis hæredibus eadẽ quãtitas pluries legaretur: tunc enim diuerſæ quantitates præſumuntur. l.ſi plurib.vbi Imol.dicit hoc notatu dignũ.ff.de leg.2.l. qđ ergo.§.1.l.ſeruo alieno.§.ſi qs à primo.ff. eod. tit.
* Bar.&*communiter DD.in d.l.ſi pluribus, vt teſtatur Gomeſ.ſupracit.loco,Bar.in l.cũ cẽtũ.ff. de adimen. leg.& in l.ſi tibi homo §.1.ff.de leg.1.& in l. Meuius. §.eũ,qui de leg.2.Spec.in tit.de teſtamentis.§.1.verſ. item pone Iaſ.in d.l.planè. §. ſi eadem,nu.11.

49 Limitatur quarto concluſio† nõ procedere,quãdo eadem quantitas pluribus legaretur : tũc enim diuerſæ quantitates præſumuntur,& ſingulis,ſingulæ debẽtur.l.ſeruo alieno.§.ſi quis à trib.ff.de leg.1. l. ſi ſtipulatus.§.1.ff.de leg.2.Iaſ.in l.ſi plurib.nu.9. ff. de leg.1. quem refert,& ſeq.Ioſeph.Ludo.concl.24.declar.1.

50 Sublimitatur tamen † hoc non procedere, quãdo de mente teſtatoris aliter appareret, vtputa ſi appoſitum eſſet verbum eadem , vel pluribus eſſet ſub vna verborum conceptione legatum, veluti ſi teſtator dicat, Seio, & Titio decem lego:tunc enim non pluſquam quinq; ſingulis debentur, ita diſtinguit Lãcel. Polit.in l.re coniuncti.nu.8.ff.de leg.3.Ioſeph.Ludo. ſup.citato.l.ſi quis in teſtamento, in prin. ff. de leg.1. Mant.in tract.de coniect.vlt. volunt.lib.9.tit.3.n.28.

51 Sublimitatur† ſecundo non procedere,quãdo pluribus eadem quantitas legata eſſet ſub nomine tamẽ collectiuo,veluti filiabus,vel attinentibus :tũc enim nõ ſingulis centũ,ſed vna ſola quantitas omnibus le-
52 gata videtur: quia quãdo plures†nomine collectiuo vocantur,pro vno reputantur, & habentur.l.interdũ, in prin.ff.de hær.inſtit.l.ſi liber homo. §.Titius,& ibi no. Ang.eo.tit.Bal.in l.pater filio, vbi ẽt Alex. ff. de vulg.& pupil.Dec.cõſ.320. col.3.nu.6.Soc.conſ.108. nu.2.& 3.vol.3.qui omnes cõcludũt, quod tales ita vocati pro vno reputantur, & pro æquis partibus admittuntur,hoc idem ſenſit Pariſ.conſ.59.nu.1. vol.2.

53 Quod tamen†declarandum, atque intelligendum eſt: niſi illis nominibus collectiuis eſſent adiũctę dictiones diſtributiuè, veluti pro quolibet, vel cuilibet, aut huiuſmodi; tunc enim plures quantitates legatę
54 viderentur. Nã de natura iſtarum †dictionum eſt,vt vnicuiq; in ſolidũ rem,de qua agitur attribuãt, vt eſt caſus,& ibi not.Bar.& Imo.in d.l. ſi plurib. de leg. 2. & eſt tex.& ibi no. in l.non diſtinguemus.§.cũ in plures.ff.de arbit.& no.in l.q in poteſtate.ff de teſta. Bar. in l.hoc artic.col.2.verſ.& iſta faciunt,& verſ.& prætereà quærit,& verſ.diſtributiuorum.ff. de hær. inſtit. idem Bart.& alij in l.ſi mihi,& Titio.ff. de verb. obl. & plenè tangit Bal.in l.vnic.C.quando non pet. par. Soc.conſ.50.in prin.vol.1.Pariſ.d.conſ.49.nu.4.

55 Limitatur quinto † cõcluſio nõ procedere in legato dotis,quod licet pluries repetatur,tamen ex quantitate patrimonij extimatur vnũ ne legatũ, an plures ſint Iac.de Aret.in l.q filiabus.§.1.ff de leg. 1. quẽ refert,& ſequitur Ruin.conſ.87.nu.9.vol. 2.faciunt no.

per

per Bart.in l.ſi pater, in princ. ff.de don.

Et rō eſt (quæ cum generalis ſit circa quantitatē legatam, ad oēs alias quantitates de quibus agitur in vltimis voluntatib. poterit accommodari) quiá regu-
56 lare eſt legatum † ex facultatibus teſtatoris extimari debere.l. quæſitum .§.ſed & ipſe Papin. ff. de fund.in-
57 ſtruc. & voluntas defuncti, † aut ex magnitudine rei, aut ex mediocritate facultatū elicitur.l.quidā in teſtō. ff. de leg.2. vnde etiam Bart.in l.1. nu. 14.ff.eo.tit.ſcri-
58 bit, ꝙ bonus vir † dēt obſcurum legatum interpretari conſiderata etiam patrimonij quantitate, & Alc.ibid.
59 nu. 21. quamuis inquit † teſtatoris, & legatarij dignitas, caritas, & neceſſitudo attendatur:tñ idem ſemper intelligitur pro opibus teſtatoris, & Ang. conſ.97. nu.
60 2. verſ.contrarium ,ſcribit, ꝙ qñ † legatum in alterius arbitrium eſt collatum, dēt intelligi pro modo patrimonij, iuxt.d.l.1.de leg.2.& ideo congruam dotē dici
61 † ſecundum exiſtentes facultates, & patrimoniū probatur in l. quæro, l. cum poſt, §.gener. ff.de iu. dot.l.ſi filiæ, ff. de leg.1. & hoc idem nos latè tradidimus ſupra,concl.570.num.13. ſimiliter ēt Caſtren.conſ.383.
62 nu.3. volu.1. dicit † ex quantitate ēt hæreditatis deduci coniecturam voluntatis, vt plus vel minus hæres grauatus intelligitur, & ex quantitate rei legatæ ali-
63 ter † atque aliter interpretatur onus à teſtatore iniunctum. Corn.conſ.14. nu.3. vol.1.per tex.in l.Mæuio.§. vlt.de ann.leg.& l.cum alimēta, in prin. ff. de alim.& cib.lega. & ideo in hoc multum operatur arbitriū iu-
64 dicis † qui conſiderata qualitate cauſæ, perſonarum, & rei, de qua nam quantitate intelligendum ſit,& arbitrandum iudicabit,ita voluit Cæpo.de ſimula.contract.nu.113. ad quod alleg.Bal.in l.cū antea,in 3.col. verſ.item eſt conſiderandum. C.de arb.facit gl. no. in §. precium in verbo diffinierit, quæ incipit, iniquè, Inſt. de empt. vend. & hoc voluit Bal. in l.voluntatis, nu.7. C. de fideic. per l. quidam, de leg.2. in qua adeſt caſus,qñ factum eſt legatum quantitatis ad viam reficiendam, & deciditur iudicis arbitrium verſari in definiendo re inſpecta, & cognita, quæ quantitas hæc eſſe debeat, & ſuadet hoc idem text.in l.cum poſt gener, ff. de iure dot. quo loci ait Papinianus verſari iu-
65 dicis ,† arbitrium, quę congrua dotis quantitas iudicanda ſit, cum dos incerta relicta, vel promiſſa eſt. Ad idem facit,l.ſi cui.ff.de alim. & cib. leg. vbi quan-
66 titatem † alimentorum non determinatam relictam, iudicis arbitrio diffiniri ſancitum eſt. his omnibus cōuenit, ꝙ voluit glo. in l.hactenus, ff.de vſufr.& glo. in l.omnino,vbi Alb.& Ang.ff.de impēſ.in reb.dot.fact. & Ang. in l.vlt.§.in computatione,col.1.C.de iur.delib.Corn. conſ.81.in fi.lib.4. Marſ.in l.quæſt. nu.43.ff. de quæſtio.& Tiraq.in rep.l.ſi vnquā,in verbo,omnia, vel partem, nu.31. C. de reu.don. quibus in locis concludūt, an aliqua impenſa poſſit dici magna. vel parua iudicis arbitrio ſtandū eſſe, cōſiderata qualitate rei
67 & perſonarū,& in ſpecie † arbitriū iudicis verſari circa quātitatē,teſtať Men.de arb.iud.lib.1.q 11.nu 8.

## CONCLVSIO MCCLVI.

### ARGVMENTVM.

Quantitatis communia, remiſſiuè.

### SVMMARIVM.

1 *Quantitas rerū furto ſubtractarū probatur iuro domini.*
2 *Quantitas expenſarum, & damnorum paſſorum in litigando iuramento probatur.*
3 *Quantitas expenſarum funeralium, iuramento hæredis probari poteſt.*
4 *Fructuum perceptorum quantitas iuramento probatur.*
5 *Fructuū quātitas,probatur ꝑ redditus agrorū vicinorū.*
6 *Quātitas milliariū de loco ad locū, quō probeť, remiſſiuè.*

1 Quantitatem † rerum furto ſubtractarum probari iuramento domini tradiderunt Bar.in l.in actione,nu.1.ff.de furt. Bal.in rub.C.de dep.in prin.ver.ſi vero apparet Pau. de Caſtr.in l.ſi creditor C.de pign.act. Gram.conſ.17.n.2. Cagn.in l.1.nu.100. C.de ſent.quæ pro eo,quod inter.
* Plot. qui hoc * communiter teneri affirmat in l.ſi qñ, num.399. C.vnde vi.de quo tamen dic,vt nos latè docuimus ſupra in concl.832.vol.2. vbi eſt ꝓprius locus.
2 Probatur item iuro † quantitas expenſarū, & damnorum paſſorum in litigando iuxta ſn̄iam gl. fin.in c. dilecti,de for.compet.& ibi Abb.col.fin.nu.11.& ſeq. Matt. ab Affl.in deciſ.70. nu.2.per text. in l.ſancimus, C.de iudic. quod & placuit Marſ.in rub. C.de probat. num. 141. 152. ſancitum eſt in l. properandum. §.ſiue autem alterutra, C.de iudic.in auth.poſt iuſiurandum,
3 C. eo. ſicut & quantitas † expenſarum funeralium neceſſariarum per hæredem probatur per ſolum iuramentum ipſius, gl.in l. ſcimus. §.in computatione, in verſ. approbauerit, C.de iur. delib.vbi Iaſ. Plot.Duen. in reg.397.in fi.Raphael in d.§.in computatione,Bar. in l. familiæ, de quibus tamen dic, prout nos ſcripſimus ſupra in concluſ.717.cum pluribus ſeq. quibus in locis reperies,quæ quales, & quantæ expenſæ probentur, ſecundum facti contigentiam.
4 Quantitatem † itidem fructuum perceptorum iuro. probari,voluere DD.in l.ſi traditio,in fi.C.de ac.emp. & in l.ſi vero,alias in auth.de nupt. Bald.in l. ſi fundū C.de rei vēd. ſed in hoc te ēt reijcimus ad concl. 817. vbi nedum ſupra dicta probantur, verum etiam reperies, ꝙ quantitas fructuum poterit probari per reddi-
5 tus † vicinorum, qui poſſident res eiuſdem qualitatis, & quomodo qui fructus tot ex aliquo agro aliquem percepiſſe aſſerit, id probare debet, & quod qui negat ſe tot fructus ꝑcepiſſe,qui pro pēſionibus ſufficiāt hoc probare teneatur, & fructus ꝑceptos, tot fuiſſe ꝑ teſtes probari poſſe,q interfuerunt perceptioni cū ſimilibus.
6 Quantitas † aūt numeri milliarium , de loco ad locū, quomodo probetur,habes per Bart.in tract.de teſt.nu. 55. & per nos ſupra in concl.1060. vbi de hoc latè.

## CONCLVSIO MCCLVII.

### ARGVMENTVM.

Quidditatem rei, quomodo teſtes probabunt.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens de quiditate rei, quæ ab omnibus cognoſcitur, ſufficit ſi reddat rationem de viſu, & cur, num. 2.ibidem.*
3 *Teſtes deponentes de quidditate rei, quæ ſolum à peritis cognoſcitur,non probant niſi ſint periti.*
4 *Peritis ſolis crediť in his, quæ a ſolis peritis cognoſcūtur.*
5 *Teſtis deponens ſe præſentem fuiſſe, includit etiam intelligentiam.*

De quidditate rei queriť, aut in his, q̄ ita nobis communia, ſunt,ꝙ aſpectu ab oībus cognoſcuntur,vt lapis, lignū,
1 ferrum, & ſimilia, & tunc † ſufficit ad illam probandam ſi teſtis dicat,lignum fuit,quia vidi:& vlterius interrogatus quid vidit, & dixerit, vidi habere formam, ſeu qualitatem ligni ; & ſi vlterius interrogetur, quæ erat illa forma, ſeu qualitas, non cogitur reſpondere, nec dēt interrogari,cum nō habeamus nomina maniſeſtiora circa quidditatem talis ſubiecti, & ſufficit in
2 his quæ † ab oībus aſpectu cognoſcūtur, ratio de viſu. Aut in his, quæ non oībus coram ſunt, ſed certæ con-

ditioni hominum, vt aromata, lapides pretioſi, & ſi-
milia, quæ mercatoribus, & eorū artificib. manifeſte
cognoſcuntur, ab alijs verò non & tunc quidditatem
3 eorum optimè probabunt † teſtes reſpondentes in cā
ſcientiæ, ſe vidiſſe, & ſcire, tanquam aut mercatores,
aut artifices illius conditionis eſſe, ſecus ſi tm̄ dixiſ-
ſent, ſe vidiſſe, nam tunc eis non ſtatur, niſi per alia
illius conditio doceatur. Aut quæritur in his, quæ nō
4 per homines illius artis, † niſi per valde peritos co-
gnoſcuntur, quod ſæpè contingit in his reb, quæ mul-
tas ſimilitudines habent, prout in literarum compa-
ratione euenit, & tunc earum quidditas optimè pro-
babitur per teſtes peritiſſimos, qui de rei quidditate
renunciabunt, ex eo, ꝙ viderūt, & teſtium peritorum
magis iudicium quam teſtimoniū appellatur. Hanc
doctrinalem theoricam tradit Bart. in ſuo trac. de te-
ſtim. nu. 22. cum ſeq. Contra quem tn̄, in eo quod ſu-
pra dixit, non ſufficeret, ſi in 2. caſu, ſupra expreſſo te-
ſtes dixiſſent, ſe tm̄ vidiſſe, cōis illa facit opinio, quā
veritatem ipſam appellat Iaſ. in l. 2. §. voluntate. nu.
5 21. ff. ſol. matr. quæ habet, quod qn̄ teſtis † deponit de
ſua propria præſentia, prout facit ille, qui deponit de
viſu, illa includit etiam, & per conſequens videtur
debere ſufficere, ſi periti in arte reddant tantummo-
do rationem, quia viderunt. l. diem proferre. §. ſi quo-
rum ff. de arbit. & l. coram. ff. de verb. ſign.

## *CONCLVSIO MCCLVIII.*

### ARGVMENTVM.

### Ex generali quitatione quid remiſſum preſumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Quietatio generalis ſui natura ad omnia trahitur.*
2 *Quietatione generaliter facta, eo magis omnia remiſſa præſumuntur, ſi iuramento firmata eſt.*
3 *Quietatio generalis cum iuramento legitimam includit.*
4 *Renuntiatio generalis cum iuramento comprehendit beneficium l. de his ff. de tranſactio.*
5 *Reſtitutio aduerſus quietationem iuratā peti non poteſt.*
6 *Iuramentum repræſentat maiorem ſeu iudicem.*
7 *Quietatio generalis nō trahitur ad ea q̄ poſſunt vēdicari.*
8 *Quietatio generalis nō includit dolum. Et quare ibi. n. 9.*
10 *Quietatio generalis non extēditur ad ea, ex quibus captio eſſe poteſt.*
11 *Quietatio generalis ſiue fiat inter viuos, ſiue in vltima voluntate non includit dolum.*
12 *Dolus ſiue futurus ſiue præteritus, per generalem quietationem non cenſetur remiſſus.*
13 *Adminiſtrationis ratione remiſſa, nō dolus, ſed tantū ſcrupuloſa inquiſitio remiſſa cenſetur, & nu. 15. ibid.*
14 *Liberatus a confeſſione inuentarij, & ratione adminiſtrationis tenetur tamen librum rationum conficere, & dolus, & fraus remiſſa non præſumitur.*
16 *Dolus futurus etiam ſpecialiter à teſtatore remitti non pōt.*
17 *Dolus pro adminiſtratione futura, nec a partibus, nec a teſtatore etiam nominatim remitti poteſt.*
18 *Dolus conſiſtens in omittendo per quietationem generalē remiſſus videtur.*
19 *Dolus futurus in omittendo conſiſtens remitti poteſt.*
20 *Dolus velatus minor eſt, quam expreſſus.*
21 *Quietatio generalis nō cōprehēdit ignorata, & incogitata.*
22 *Vendens rem, & dicens, quod ſi plus valet pretio conuento, donat emptori, poteſt tamen reſcindere vēditionem, ſi fuit læſus vltra dimidiam.*
23 *Quietatio cum clauſula, promittens ſe nihil amplius petiturum, non extenditur ad ignorata, & incogitata.*
24 *Remiſſio, & liberatio dicitur donatio.*
25 *Donare ignorans non dicitur.*
26 *Scientia teſtamenti ſuper quo tranſigitur, ex quietatione generali non præſumitur.*
27 *Quietatio quātumlibet generalis ad expreſſa tm̄ refertur.*
28 *Quietatio ēt iurata ad incogitata, & ignorata non trahit.*
29 *Quietatio ſemper eſt reducenda ad cauſam in ea expreſſā, niſi contrarium appareat.*
30 *Quietatio generalis trahitur ad ea de quibus in verbis generalibus cogitari potuit.*
31 *Quietatio generalis ita ampla, vt aliter intelligi non poſſit, ad omnia trahitur.*
32 *Quietatio quando actum eſt inter contrahentes, etiam ad ignorata trahitur.*
33 *Fideicommiſſum per quietationem quantumlibet generalem nunquam remiſſum præſumitur.*
34 *Feudum, vel emphyteuſis, ſub generali quietatione non cōprehenduntur.*
35 *Ius futurum non comprehenditur in quietatione gn̄ali.*
35 *Quietatio facta de competituris, intelligitur de competituris ex cauſa de præſenti. & nu. 37. ibid.*
38 *Legatum dotis per generalem quietationem non cenſetur remiſſum.*
39 *Mulier ſi quietauit hæredes de omnibus legatis, & prælegatis, & reliquis, non cenſetur remiſiſſe legatum dotis.*
40 *Quietatio generalis regulariter reſtringitur ad ſpecificata,*
41 *Quietatio de omnibus litibus, & controuerſiis intelligitur de ijs de quibus eſt actum.*

1 Quietatio generalis, ſui natura ad ōīa tra
hitur, & ideo ex quietatione
generali oīa remiſſa præſumuntur, quæ inter contra-
hentes in cōtrouerſiam venire oīno pn̄t. l. plurib. ff. de
acceptila. Iac. But. & Sal. in l. age. C. de tranſac. & Sal.
in l. ſi de certa. eo. tit. gl. & DD. in l. emptor. §. Lucius,
ff. de pact. Bal. in l. ſub prætextu. C. de trāſac. Bart. in l.
Aurelio. §. 1. ff de liberat. leg. Imo. in c. 1. de tranſ. Soc.
cōſ. 90. memini. col. 3. ver. ex quibus patet. & cōſ. 93.
nu. 3. vol. 4. Bal. in l. pactum 15. & 16. q. C. de coll. Bar.
in l. cū tutorib. §. fi. in fi. ff. de tranſ. Bal. & Ang. in l. tres
fratres. ff. de pac. Alex. conſ. 186. nu. 1. vol. 6. Pariſ. cōſ.
89. nu. 7. vol. 1. Rui. conſ. 25. nu. 9. vol. 1 Cæph. cōſ. 39.
nu. 24. vol. 1. Calc. conſ. 16. col. 2. ver. ad hoc accedat.
2 Amplia hoc † tanto magis procedere, qn̄ quietatio
generalis eſt iuro firmata: tunc enim nihil vlterius q̄-
rendum eſt. Iaſ. in l. ſi qn̄. §. gneraliter. nu. 6. C. de inof.
teſt. Rub. conſ. 63. nu. 5. Didac. in c. quamuis, par. 3. §. 4.
nu. 3. de pac. in 6. hoc idē cōſuluit Men. cōſ. 81. nu. vlt.
3 Qua propter † licet generalis renunciatio, & quieta-
tio non cōpræhendit legitimā, ſed de ea expreſſa mē-
tio facienda ſit. l. ſi qn̄. §. gn̄aliter, vbi hoc no. DD. C.
de inof. teſt. Bal. & Ang. in l. de his. ff. de tranſ. Bart. in l.
gerit. 3. q. prin. ver. ad ſecundū. ff. de acq. hær. & in l. pro
hærede, in prin. ff. eo. tit. Rom. in l. 1. C. quan. non per.
par. Bald. conſ. 69. cum ſtatutum ciuitatis. col. 1. lib. 1.
conſ. 375. certum eſt, ꝙ filia, in prin. lib. 4. Signor. cōſ.
80. factum ſic præſupponitur, Alex. conſ. 89. col. vlt.
lib. 4. conſ. 209. col. vlt. lib. 6. Franc. Aret. in l. 1. §. ſi qs
ita, col. 5. ff. de verb. obli. Barb. cōſ. 19. col. vlt. lib. 1. Iaſ.
in l. hæres inſtit. ad fi. C. de impub. & al. ſubſt. & conſ.
4. col. pen. ver. confirmatur. lib. 3. tn̄ ſi gn̄alis quietatio
cum iuro facta ſit legitimè quoq; renūciationem in-
cludit, Iaſ. in d. l. ſi qn̄, §. generaliter. col. 3. & conſ. 207.
col. 3. verſ. facit. lib. 2. Caſt. in l. in ratione, col. 3. in fin.
prin. ff. ad l. falc. Rom. in l. 1. §. ſi quis ita, col. 9. & vlt. &
ibi etiam Barbat. col. 12. ff de verb. oblig. Alex. conſ.
181. perſpectis inſtrumentis, cir. med. lib. 5. Barb. conſ.
25. col. 8. Dec. conſ. 26. col. 2. & conſ. 89. viſo puncto,
col. vlt. Nat. in c. quamuis, col. 8. de pact. lib. 6. Iaſ. cōſ.
* 207. col. 4. vol. 2. Cur. iun. conſ. 3. & demum hanc eſſe *
cōem opinionem, dicit Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam,
C. de reuoc. donat. num. 144. poſt Rip. lib. 1. reſp. c. 6.
col. 5. & in rub. ff. de verb. oblig. col. 2. num. 1.
4 Præterea licet renunciari † non poſsit. l. de his. ff. de
tranſ. vt ibi dicunt Doct. Signor. cōſ. 153. in facto quæ-
ſtionis, ad fi. Soc. conſ. 214. in cauſa Onofrij, col. pen.
verſ.

ver.adhuc obijci poteſt,lib.2.cum alijs addu.per DD.
in d.l.de his.tamen per generalē quietationē,& renū-
tiationem omni auxilio legum cū iuramēto cenſet ei
legi renuntiatum fuiſſe,Ale.in l.qui Romę.§.duo fra
tres col.34.5.q.ff.de ver.obli.& cōſ.11.verſ.pōt. col.5.
vol.2.Cor.cōſ.6.li.1.Soc.conſ.200. quoniā ex forma,
col.pen.ver.item vbicūq;vol.2.Iaſ.in d.l.de his,col.4.
ver.cōcludo,Rui.conſ.156.n.7.li.2.Bertr.cōſ.18.in fi.
ſecundi dubij,lib.2.Tiraq.qui omnes iſtos refert,& ſe-
quitur in præfat.l.ſi vnquam.nu.145.C.de reuoc.don.
5 Præterea quietatio† iurata excludit, ne poſſit cōtra
eam peti in integrū reſtitutio,vt voluit Bertr. cōſ.164.
nu.7.col.pen.ver.præterea ēt præmitto. vbi ad hoc al-
leg.no.per Bar.in aut.ſacramenta puberū.C.ſi aduerſ.
vend.& ea,quæ no. Bar.in l.ſi duo patroni §. idem Iu-
lianus,ff.de iureiur.& in l.ſciēdum,ff.de verb. obligat.
& in l.2.C.de reſcind.vend.Et rationem alleg. quia iu
6 ramentum repræſentat maiorē.ſeu iudicē,vt no.gl. in
d.l.2.C.de reſcin.vend.& hanc rationē in terminis al-
leg.Cuma.in d.l.ſciendū.vbi Imo.dicit,qđ licet Dyn.
* & quidā alij tenuerint cōtrarium, tū communis pra-
ctica ſic ſe hēt, à qua non eſt recedendum.quod ēt in-
culcauit in rep.c.cum contingat in 3. memb. de iure-
iur. vbi etiā dicit,quòd iſta opinio videtur eſſe de mē-
te Archid.& Io.An.in c.2.de pact.& Ale.conſ.125.vi
ſis,& conſideratis ſtatutis, vol.1.
7 Limitatur primò † concluſio non procedere in rei
vend.nam per generalem quietationem nō cenſentur
remiſſa ea, quæ poſſunt vendicari niſi expreſsè de eis
actum ſit.l.Aurelius.§.Mæuia,& ibi gl.& Bar.ff.de li-
ber.leg.per l.& vno.§.1.ff.de acceptilat. Bal.in l.cum
neceſſitatem.C.de fideic.& in l.pactum,12.q.C.de col
lat.& in l.1.C.de fal.cau.ad.leg. & in §.1.vbi ēt Aret.
Inſti.de actio.idem tenet Bar.in l.nō ſolùm. §.fi. ff.de
* liberat.leg.Ale.conſ.48.nu.7.vol. 6.& tenēt communi-
ter DD.in l.ſub prætextu. C. de tranſac. prout teſta-
tur Hieron.Gabr.conſ.146. nu. 20.
8 Limitatur ſecundò† concluſio nō procedere in do-
lo.Nam per generalem quietationem dolus nō cenſet
remiſſus,Bar.in l.Aurel.§.Caius.ff.de libe.leg.l.ſi quis
ratione,l.non ſolū.§.fin.eod.titul.Bald.poſt gloſ. in l.
cum neceſſitatem. C.de fideic.& in l.pactum, duode-
cima q.C.de collat.Caſt.cōſ.369. ad primum quęſitū,
cū alijs congeſtis latè per Fran.de Curt.conſ.66. ſapiē-
ter,col.8.& ſeq.Dec.cōſ.178. vbi concludit hanc eſſe
* communem opinionem, quę refert, & ſequitur Pariſ.
conſ.80.nu.54.li.2.idem voluit Dec.conſ.292.n.3.4.5.
Idem Pariſ.conſ.88.nu.40.li.1.
9 Et ratio eſt,† quia quælibet etiā generalis, plena,&
geminata quietatio reſtringitur,vt ciuilem, & iuſtum
recipiat intellectū.l.1.& l.generali.C.de ſacroſan.Ec-
cleſ.& l.prima.ff.de eo,quod cer.lo. l.qui autē. §. 1.ff.
de conſt.pecun.& habetur in l.fi.C.ſine cenſu.vel reli-
quis,& Bar.in §.nuntiatio.ff.de no.ope.nuntiat.tex.&
ibi Bal.in l.prima,C.de fi.inſtr. debet enim plenitudo
verborum ſeruari, ſecūdum rectam ſententiam eorū.
Calcan.conſ.16.col.4.verſ.& licet geminatio,& in du
10 bio† quęuis etiam generalis quietatio nō debet exten
di ad ea,ex quib.captio eſſe poteſt.l. cum Aquil. ff.de
tranſac.l.obligatione generali.ff. de pignorib. facit l.
tres fratres.ff.de pac.Ale.conſ.48.nu. 12.
11 Amplia hāc limitationem.† ſiue fiat generalis quie
tatio inter viuos,ſiue in vltima volūtate,Anch. conſ.
207.caſus talis Bar.in dicta l.Aurelio,§.Caius,vlt.col.
ff.de liberat.leg.Franc.de Cur.d.conſ.66.Dec.pręcita-
* to loco,vbi hanc communem opinionem dicit Pariſ.
conſ.90.nu.4.lib. 1.
12 Amplia 2.vt pcedat† ſiue dolus futurus ſit ſiue pre
teritus,Bar.in d.l.Aurel.§.Caius,& no.in l.ſi ſeruus ve
titus,de leg.1.Soc.conſ.22.& 23.nu.12.& conſ. 62.vo-
lum.3.Ancha.d.conſil.107.Caſus talis, Franc. Cur.d.
conſ.66,col.8.Soc.conſ.190.& 192.vol.2.DD.in l.ſub
prætextu,C.de trāſ.vbi præcipuē Iaſ. n.2.& in l.actio-
ne,nu.10. C.eo.tit.Dec.d.conſ.178. & conſ.192.vol.2.
Caſtr.conſ.63.per tot.lib.2.vbi concludit, ꝙ per gene-
13 ralē † quietationem de adminiſtratione non cenſetur
remiſſus dolus,ſed ſolum ſcrupuloſa inquiſitio.Quod
ēt placuit Alex.conſ.62.col.2.& 3.lib.4.Sal. in l.cū ne-
ceſſitatem.C.de fideic.Ang.conſ.175. Fulg.conſ.103.
nobilis vir.Io.de Ana.conſ.80. viſis,& intellectis,in 2.
dubio, quos oēs refert, & ſequitur Dec. d. conſ. 178.
col.2.nu.3.& poſt hos oēs idem placuit Pariſ.conſ.21.
14 nu.86.lib.2. vbi conſuluit,ꝙ liberatus† à confectione
inuentarij, & à reddenda adminiſtratione tenetur tū
librum rationum conficere, nec propterea cenſetur
liberatus à dolo, & fraude, ſed ſolum à ſcrupuloſa in-
quiſitione,quod idem reperit cōſ.79. n.19.eo.lib.2.vbi
ad hoc alle.Alex.conſ.45. vol.1.& idē dixit in cōſ.80.
15 nu.53.eod.vol.2. quod liberatus† à reddenda ratione
adminiſtrationis, tenetur adhuc de dolo, per tex. iun.
glo. in l.cum neceſſitatem, C.de fideic.quod aūt dici-
mus dolum futurum non præſumi remiſſum, intellige
16 habere locum † ēt ſi à teſtatore ſpecialiter remiſſus
eſſet. Dolus enim futurus remitti non poteſt. Bart. in
d.l.Aurelio.§.Caius,vlt.col. ff.de lib.leg. vbi in termi-
17 nis concludit, ꝙ † pro adminiſtratione futura nun-
quam cenſetur remiſſus dolus, etiam ſi teſtatores, vel
contrahentes ipſum dolum expreſſerint, & fundat ſe
in l. ſi vnus, §. pactus. ff. de pact. ad quod etiam alleg.
glo. & Dyn.in l. quidam decedens. ff.de admi.tuto.&
illum refert, & ſequitur Alex.cōſ.62.col.2.& 3.vol.4.
18 Sublimitantur modo hæc † omnia,quæ de dolo di-
cta ſunt,habere locum in dolo, qui conſiſtit in facien-
do, ſecus ſi in non faciendo, veluti ſi bona doloſè de-
tineret quis per generalem quietationem,non cēſetur
dolus ille remiſſus, at ſi negotiorum geſtor quædam
dolo omiſerit, propter quæ damnum aliquod paſſus
ſit ille,cuius bona adminiſtrabat, tunc per generalem
quietationem dolus ille remiſſus præſumitur, ita vo-
luit Bart.in d.l.Aurelio. §.Caius, vlt.col. ff.de lib.leg.
Caſt.in l.ſi vnus.§.illud.de pact. Soc. conſ.150. nu.19.
vol.3. Hie.Gab.conſ.146.num.18. item quod diximus,
19 † dolum futurum nunquam remiſſum præſumi, locū
quidem habet in dolo vero, ſecus tamen in dolo præ-
ſumpto, quia nō ſolum remitti poteſt, ſed etiam præ-
ſumitur ex generali quietatione remiſſus. Dec. d. cōſ.
178. in l. actione, C. de eden. Ant. in c. fraternitatis,
de teſtib. & ibi diffuſè Fel.col.3.& 4. nu.7.in fin.idem
Dec. latè in l.contractus, ff.de reg.iur. pariſ. conſi.49.
20 nu.35.lib.1.& ratio eſt,quia† minor eſt dolus velatus,
quàm expreſſus ſecundū Pariſ. ſupra citato loco, qui
ad hoc adducit Soc.conſ.118.viſa,in princ.in 1.vol.
21 Limitatur tertiò concluſio † nō procedere in igno-
ratis,& non cogitatis, nā ea non præſumuntur ex ge-
nerali quietatione remiſſa, l.cū Aquiliana.ff.de tranſ.
l.cū quid. ff.de reb.cred.l.mater decedens. ff. de inoff.
teſt.Pantaleo.de Crema,in l.rem maioris,nu.58.C.de
22 reſcin.ven.vbi ex hoc infert,† ꝙ vendēs rem hac ad-
ditione in cōtractu, ꝙ ſi plus valet eo pretio,quo em-
pta eſt,illud donat; ſi ignorauit ſe læſum eſſe vltra di-
midiam non cenſeri per hoc renunciaſſe remedio re-
ſcindendæ venditionis, quia quietatio generalis ad
incogitata, & ignorata nō trahitur & per illā cēſetur
ſolū donatū modicū,quo plus valet res vēdita. l.cum
filius §.pater,& ibi gl.no.ff.de leg 2 l.hæc adiectio,ff.
de verb.ſig.Fran.Cur.in in l.ſi de certa,n.15.C.de trā-
23 ſact. dicit, ꝙ clauſula gňalis poſita † in quietatione:
Promitto me nihil amplius petiturum : nō extēditur
ad debita ignorata, & rōnem alleg. quia remiſſio, &
24 liberatio† cēſet donatio. l.cōtra iuris.§.donatio.ff.de
25 pact. l ſi mulier.ff.de cond.ob cau. ſed ignorās† nō dr
donare.l.nec ignorās.C.de dona.nō mirū ſi generalis
quietatio ad ignorata, & incogitata nō extenditur,&
* iſtam opinionem ibi* cōiter DD. tenere teſtatur,idē

voluit Calc.conſ.189.col.verſ.& iō talis liberatio generalis,idem etiā conſuluit conſ.16.col.2. & 3.vbi per
26 hoc dicit ꝙ cū non poſſit † ſuper teſtamento paciſci, aut tranſi. niſi inſpecto teſtō. l. de his, vbi DD. ff.de tranſact. per generalē quietationem ſcientia non præſumitur, etiā ſi dictū ſit audiuiſſe trāſigentē ab aliquo extraneo:niſi etiā diceret, ꝙ illud ſibi declarauerit, idcirco ignorantia potiuſquā ſciētia preſumitur,niſi partes dixerint habere ſe plenam notitiam, & ad hoc alleg. Ang.in d.l.de his.ff de tranſact. Pariſ.conſ.88.col. fi.per tot.lib.1.vbi dicit,quod quietatio quantumlibet
27 † generalis ad ea,quæ expreſſa ſunt refertur,cum recta id ſermonis ratio patitur, ſecus quādo id ſermo nō pateretur,vt ſupra in prin.ex pluribus probauimus,& idē voluit conſ.20.nu.77.vbi ad hoc alleg.l. ſi de certa.C. de tranſac.l.ex pluribus,in prin.ff.de ſolut.Alex.conſ. 11.col.1.vol.2.Soc.cōſ.224.in cauſa.col. 2.5. & 6.vol. 2.Cor.conſ.236.2. vol.2.

28 Ampliatur hæc limitatio† vt procedat,etiamſi eſſet iuramēto firmata quietatio.Iaſ.in l.ſub prætex. col.2. C.de tranſac. faciunt quæ volunt DD. in l.tres fratres. ff.de pac.& in l.Pomponius. ff.de neg.geſt. Soc.conſ. 73.col.2.in prin.vol.1.Pariſ.d.conſ. 88.nu.46. vbi dat
29 regulam,ꝙ † ſemper quietatio eſt reducenda ad cām in ea expreſſam, niſi contrarium appareat de mente contrahentium.& alleg.c.cum ceſſante.de appel.Bal. in l.iubemus.C ad Velleia.Soc.conſ.24.col.Viſis,col. 5.vol.1. verſ. 1.

30 Sublimitatur tamen hæc limitatio† non procedere quando de re aliqua etiā in verbis generalibus cogitari potuiſſet,veluti ſi fiat quietatio generalis de hereditate:tunc enim omnia nota, & cognita præſumentur,cum ſuper vna re, licet vniuerſali quietatio interponatur,ita limitauit Bar.& poſt eū DD. & præcipuè Fran.Curt.in d.l.ſi de certa. C. de tranſact.

31 Sublimitatur ſecūdo hæc limitatio † nō procedere, qn̄ verba generalia,ita ſunt ampla, vt ſalua rōne recti ſermonis non poſſint reſtringi ad ſpecificata: tunc.n. generaliter ſecūdum naturā ſuā operantur.l.pluribus, ff.de acceptila.l.1.§ cum vrbem. ff.de offi.præfec.vrb. Cy.poſt.Petr.in l.ſub prætextu.quarta oppoſit. Co.de
* tranſa.Barto.in l.ſi de certa, vbi cōiter DD. teſte Nat. conſ.113.num.14.lib.1.C.eo.tit. Butr. & Abb.in c.1.de tranſa.gl. & DD.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pac.Are. in §.itē per acceptilationē.quib.mod.tol. oblig. Quapropter ſi quis ſoluat mihi partem debiti,& generaliter eū liberem ab omni debito,certē non referet ad partē ſolutā,ex quo ſalua ratione recti ſermonis aliter ſcriptura intelligi nō pōt Petr.& Cyn.in l.ſi ex maiore.C. de excep. Quos refert Nat. plura alia in confirmatione huius ſententiæ adducens,d. conſ.113.nu. 1. vol.1. & idem voluit Pariſ.præcitatis locis.

32 Sublimitatur tertio limitatio, vt † non procedat,qn̄ hoc eſſet actum inter contrahentes, vt etiā ad ignota quietatio traheretur. Ang. in l. qui iure militari. ff.de teſtam.milit.& in l.qui Romæ.§.duo fratres. 2. q.ff.de verb. obl. Bar.in d. l. ſi de certa. vbi etiam DD. & in l. Aurelio.§.Caius.col.fi.ff.de libera.lega.quos ſequendo refert Nat.præcitato conſ.113. nu.3.

33 Limitatur quarto concluſio, † vt non procedat in fideicommiſſo generali: Nā per quietationem quantumlibet generalem nunquam remiſſum preſumitur, Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.7.q. ff. de verb.obli. quem ſequitur Soc.conſ.251.nu.22. vol.2.

34 Limitatur quinto† non procedere in feudo,vel emphyteuſi, quæ ſub generali quietatione non cōprehēduntur Bar.in l.item videndum ad fi.ff.de peti.hered. & ibi Bal.& Ang.Bal. in auct. ſi quas ruinas. in 2. col. ver.modo reſtat.C.de ſac.ſan.eccleſ.& in auth. in ſucceſſione.ad fi.C.de ſuis,& legit.Iaſ.in prælud.feud.26. col.qui videndus eſt.

35 Limitatur ſexto concluſio,non procedere † in iure futuro: Nā per gn̄ralem quietationem iuri de futuro renunciatū non vr̄.Bar.in l. qui Romæ.§.duo fratres, & ibi Caſt.& DD.ff.de ver.ob.& ibi præcipuè Alex.q
* ad hoc alleg.gl.quā ibi DD.cōiter approbari teſtatur in c.1.in tit.Imperator Lotharius. Idem tenuit Feder. de Sen.conſ.77.Factū ſic ſe hēt,Quidā Abb.& in conſ. 228.Factum tale,duo fratres.Rom.in l.vn.7.q.ad fi.C. quā.non per.part.Idem ēt tenuit Bar.in conſ.58.1.par. incip.ex themate ꝓpoſito tria dubia oriūtur c.1.de eo qui fi. fec. agna. vbi hr̄, quod ſi vnus ex tribus agnatis habebat feudū paternū, & alter agnatus facit quietationē, vel refutationē generalē in d. feudo, ſi agnatus ille moriat̄,non excludit̄ refutans,& quietans quo minus in illo feudo ſuccedat.Crau.conſ.11. nu.5.vbi di-
36 cit, † ꝙ in facta ſit generalis quietatio de bonis competituris, intelliget̄ ſolum de bonis,quæ cōpetent ex cā de pn̄ti,vel de præterito.Alc.trac.pſum. reg. 1. pſu. 6.Ceph.conſ.39.nu.21 lib.1.Cor.conſ. 11.col. 13.li.3. Dec.conſ.230.col.fi.& cōſ.379.col.4. ad fi.vbi fortius
37 dicit, † ꝙ quietatio ēt de bonis futuris intelligitur de ijs,quæ hn̄t cām de pn̄t,vel de preterito,vt etiam dixit Cra.præcit.loco,idē Bar.in auth.hoc amplius. in fi.C. de fideic.vbi dicit, ꝙ ſi fratres fecerunt generalē quietationē, & vnus ex eis non impleat voluntatē defuncti,quod non impedientur fratres ex generali illa quietatione quominus petant, eum excludi tanquam indignum ab hæreditate.

38 Limitatur octauo, concluſionē † non procedere in legato doris,ꝙ per generalē quietationē non cenſetur remiſſum,Caſtr. conſ.131.incip. licet iſta D.Liſſa.Iaſ.
39 conſ.4.nu.2. vol.3. vbi dicit,ꝙ ſi mulier fecit† liberationē,& quietationē hæredib.mariti de omnib. & ſingulis,&c.legatis,& prælegatis & reliquis, qđ nō extēditur tn̄ ad legatū dotis,ad quod alleg. Fulg. conſ.39. incip. Ad id de quo quæritur videtur cōcluſiuè, & ibi hoc idem pluribus rationibus comprobare nititur.

40 Limitat̄ nono concluſio, vt reſtringat̄ † ad ſpecificata. Nā quietatio gn̄alis regulariter ad ſpecificata reſtringenda eſt l.emp.§.Luc.ff.de pac.l.ſi ex maiore, & ibi Bal.C.de exce.l. cum Aquiliana. ff. de tranſac.vbi Bar.& DD.l.ſi plurib.ff.de ſol.l.ſi de certa.C. de trāſa, l.iubemus.vbi Bal.no.C.ad Velle.Nat.conſ.133.nu.1; lib.1.Bar.in d.l.cum Aquiliana. vbi dicit, quod quie-
41 tatio facta de omnib.litib.& † controuerſijs,intelligitur de ijs de quibus eſt actum. Et hoc limita, & intellige prout ſupra hac ea.concl.limit.3.

R

## CONCLVSIO MCCLIX.

### ARGVMENTVM.

### Rapina à quo,& quomodo probari debeat.

### SVMMARIVM.

1 *Furtum ab allegante probandum eſt.*
2 *Rapinam allegans, illam probare debet.*
3 *Argumentum a minori, etiam in delictis locum habet.*
4 *Argumentum a ſimili, procedit in delictis.*
5 *Similia dicuntur in quibus eadem ratio reperitur.*
6 *Iura loquentia de furto, habent locum in rapina.*
7 *Rapina in quibus mulieribus dicatur committi.*
8 *Sorores tertij ordinis S. Franciſci continentur appellatione Monialium.*
9 *Rapiens meretricem, non tenetur pœna raptus.*
10 *Raptus ad hoc, vt dicatur committi, requirit honeſtatem mulieris raptæ. & cur. num. 12.*
11 *Rapiens mulierem nuptam inhoneſtè viuentem, non tenetur pœna raptus.*
12 *Meretrix non preſumitur vim pati à cognoſcente illam.*
13 *Rapere quis non dicitur ſine violentia.*
14 *Rapiens violenter meretricem, quæ volebat ad honeſtam vitam*

*vitam reuerti tenetur de rapina.*
15 *Rapiens meritricem maritatam, tenetur pœna raptus.*
16 *Meretrix ſi nubat, deſinit meretrix eſſe.*
17 *Meretrix poteſt pro debito capi, ac carcerari.*
*Niſi eſſet maritata, vt ibid. num. 18.*
19 *Meretrix maritata lenoni, aut infami, pro meretrice ſimpliciter habetur.*
20 *Rapere non dicitur, qui mulierem cauſa commodioris coitus, ad alium locum abducit.*
21 *Rapere non dicitur puellam, qui eam de vna camera ad aliam, cauſa commodioris coitus abducit.*
22 *Statutum puniens raptorem pœna mortis, non compræhēdit illum qui per vim mulierem proſtrauit in terram, & carnaliter cognouit, & cur. ibid.*
23 *Rapere is ſolum dicitur, qui de loco ad locum mulierem per vim transducit.*
24 *Raptor ad hoc vt teneatur violentia probanda eſt, & cur. ibid. nu. 25. Contr. ibid. nu. 26. Concil. ibid. nu. 28.*
27 *Rapere, quis dicitur, etiamſi mulier conſentiat ſe rapi, ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto conſentiat.*
29 *Rapere non dicitur, qui virginem nullius ſub poteſtate conſtitutam abducit, dummodo ipſa conſentiat.*
*Quod tamen decl. ibid. num. 30.*
31 *Virgo in dubio præſumitur ſeducta.*
32 *Mulier deflorata, non præſumitur, per vim cognita, & ſeducta ſed voluntariè conſenſiſſe.*
33 *Raptus non dicitur, niſi mulier libidinis cauſa rapiatur.*
34 *Rapi non poteſt dici mulier antiqua, in qua non cadit ſuſpicio libidinis.*
35 *Rapiens mulierem, & illam non cognoſcens, ſed honeſtè tractans pœna raptus non tenetur. Contrarium ibid. num. 36. Concil. nu. 37. ibid.*
38 *Rapere tentans, & non perficiens quia non potuit, tenetur, ac ſi rapuiſſet.*

1 Si furtum † probādum eſt ab allegante, vt docuit Bar. in l. ſi quis ex argētarijs. in, §. an nec hæredi. nu. 4. ff. de eden. Alex. in l. prætor ait. nu. 5. vbi etiam Iaſ. nu. 11. et ſeq. ff. eod. tit. et nos
2 latè ſup. in concl. 824. multo magis † erit probanda rapina, quæ eſt maius delictum, quia eſt plus rapere, quā furari. Marſil. in conſ. 54. num. 3. diuini numinis præſidio inuocato, et conſ. 53. nu. 27. et in l. 1. Cod. de rap. virg. nu. 32. per tex. in l. ſi cū exceptione. in §. qui vim. ff. quod met. cau. et Inſti. vi bonorum rap. in prin. arg.
3 enim † a minori, etiam in delictis habet locum, vt ſi de quo minus videtur ineſſe, et ineſt, ergo et de quo magis. Ita dicit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. in pri.
4 C. de epiſ. et cle. vt ēt ſubdit, † quod in delictis licitum eſt procedere de ſimilibus ad ſimilia, et quod ſimilia
5 † dicūtur illa in quibus per omnia eadem ratio reperitur, et Bald. referendo ſequitur Marſil. in d. conſ. 54.
6 nu. 6. et num. 5. affirmat, quod iura † loquentia de facto vendicant ſibi locū in rapina, ſecundum Bal. in l. trāſigere, col. 4. C. de tranſa. et in l. ſi te. C. ex quib. cau. infamia irrog. et in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fug. col. pe.
7 Ad intelligentiā tamen ſcito † raptum cōmitti tàm in virgine, et vidua, quàm etiā cū monialibus, et cum Chriſto deſponſatis, & cęteris nuptis, & alijs mulieribus dūmodo honeſtæ ſint, & ingenuæ. Ita habetur in l. 1. C. de rap. virg. & in l. raptores. C. de epiſ. & cle. Carrer. in ſua prac. cri. §. circa quartū nu. 275. qui affirmat idē eſſe de ſororibus tertij ordinis S. Franciſci, quæ ap-
8 pellatione † monialiū ipſę cōprehēduntur, vt no. in c. cauſam quę. de elect. & no. Card. In clem. 2. §. 1. ver. 2. quæro de ſta. monach.
Et diximus, dūmodo ſint honeſtę pſonę, quia rapiēs
9 meretricē † non cōprehēditur ſub pęna raptus, nec ex eo raptor ꝓbatur. gl. in d. l. 1. ibi, virg. honeſt. C. de rap. virg. per l. quæ adulteriū. C. ad leg. Iul. de adulter. & in l. verū. ff. de fur. Idē voluit Carrer. vbi ſup. nu. 276. vbi
10 ait, ꝙ raptus † requirit honeſtatē ex parte raptæ hanc opinionē ſequutus eſt Gram. deciſ. 107. num. 5. Cæph. cōſ. 140. lib. 1. Marſil. in l. maritus. num. 47. ff. de quæſt.
11 vbi hoc ampliat etiam in † muliere nupta, inhoneſte tñ viuente, cum qua non dr̃ committi raptus ſecundū Alber. in 3. par. Statut. q. 32. Idem Marſ. in d. l. 1. nu. 19. C. de rapt. virg. Idem voluit gl. in §. itē lex Iulia. in ver. viduā. Inſti. de publ. iud. Bar. in d. l. verū. in fi. ff. de furt. Pau. de Caſt. conſ. 305. incip. viſo dicto ſtatuto, & dixit Sal. in dicta l. 1. quod iſtud eſt notandum pro ſcholaribus, qui rapiunt frequenter meretrices.
• Idē ſenſit Matthef. ſing. 101. nota vnum, & rō hu-
12 ius dicti eſt, quia meretrix † non præſumitur vim pati à cognoſcente illā, necq generaliter præſumitur vis in ea, niſi ꝓbetur, ita Carrer. d. §. circa quartū. nu. 293. & Plot. in l. ſi quando. nu. 16 §. ſecundo. C. de reuoc. do-
13 nat. & raptus † non dicitur ſine violētia, vt no. Doct. & præcipue Marſil. in d. l. 1. C. de rap. virg. num. 14. & probat tex. in c. de raptoribus 36. q. 1. & voluit Ange. in l. ſed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius voc. Carrer. vbi ſupra num. 282. & nos infra.
14 Hoc tamen limita, & intellige, niſi meretrix † cōtradixiſſet, eo quia illius vitæ vellet pęnitere, ꝙ facere poſſet, etiā ſi contrarium iuraſſet, vt in Auth. ſcenicas non ſolum. §. 1. & l. Imperialis. C. de nupt. vtputa, qn̄ talis meretrix deſijſſet meretricari, & incæpit honeſtè viuere, quia ex quo adeſt tp̄e raptus honeſtas, quæ ſufficit, rapiens illam, ex hoc raptor probaretur, & pęna rapti teneretur ſecus tñ ſi nō deſierat meretricari, aut meretricari deſierat, ſed tñ non viuebat honeſtè, quia erat facta concubina alicuius ita Marſ. in d. l. 1. nu. 19. vbi etiam Salic. Carrer. vbi ſup. nu. 276.
15 Secundò limita, vt nō procedat in meretrice † maritata, quam rapiens, raptor diceretur, & pęnā raptus incurreret. Ita colligitur ex d. text. d. l. 1. ibi quæ multò magis contra eos obtinere ſancimus, qui nuptas mulieres auſi ſunt rapere, quia duplici tenentur crimine, tā adulterij quā rapinæ, & ideò licet ante matrimoniū cōtractū illa diceretur meretrix, nihilominus poſtquā
16 † fuit maritata deſinit eſſe talis, hr̃ loco maritatæ ſimpliciter, nec cōpræhenditur appellatione meretricis. ita Bald. in d. l. 1. quā refert, & ſequitur Marſil. ibid. nu.
17 30. & pro hoc facit, nā † licet meretrix poſſit capi, & carcerari pro debito, ſecundū Bald. in l. conſentaneū. C. quō. & quan. iud. & Ang. in l. qm̄. C. de cuſt. reo. & Ro. in l. alia. in §. eleganter. in 3. col. ff. ſol. mat. hoc tñ
18 fallit qn̄ † meretrix eſſet maritata, quia tunc carcerari non poſſet pro debito ciuili. Ita dixit Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de iniur. & dam. da. & Marſ. in ſing. 248.
• conditio mulierum.
19 Sublimita nō habere locum in meretrice † maritata alicui lenoni, vel infami, quia tunc reputatur pro meretrice non maritata. Ita notabiliter dixit Io. Bapt. de S. Seuer. in tract. ſuo de deb. ſuſpe. & fugi. col. 13. poſt med. quem referendo ſequitur Marſ. in d. l. 1. nu. 31 C. de rapt. virg. & Carrer. vbi ſup. num. 276. in fin.
Amplia concluſionem, vt nedū ad comprobandū raptū requiratur honeſtas perſonæ raptæ; ſed etiam ꝙ
20 libidinis † cauſa de loco ad locū conducta fuerit animo illā abducendi, non aūt commodioris coitus, alias non poſſet dici raptus ſecundū Clar. in ſua praxi crim.
* in §. raptus. in pri. qui teſtať * hoc oēs tenere: & infert.
21 ꝙ ſi quis † puellā ex vna camera ad aliam cōduxerit nō dicetur raptor; neq; tanquam raptor erit puniēdus, prout in tali contingētia facti, rñdit Beltran. conſ. 39. lib. 6. & Ro. conſ. 96. incip. Chriſtophorus, in ſimili de quadam puella inuenta cum beſtijs in cāpis, & illa capta, & per aliquot paſſus abducta, vt illa carnaliter cognoſceretur, nā tali caſu non eſt rapere ex quo fit maioris commoditatis cauſa, hāc ampliationem ſequutus eſt etiam Marſil. d. l. 1. nume. 12. vbi inquit, quod
22 ſi ſtatutum † dicat prout dixit lex illa, quod rapiens

 mulie-

mulierẽ puniaṫ pena mortis, ſi aliquis acceperit ꝑ vim
quādā virginẽ, & eā proſtrauerit in terrā, & ibi eā car-
naliter cognouerit, tñ talis hoc caſu nō puniret pena
raptus, & ſic pena mortis. & ratio eſt quia lex vel ſta-
tutum loquitur de rapiente; ſed iſte non rapit, quia
23 raptus † eſt quando mulier ne dum per vim capitur,
ſed etiā tranſducitur de loco ad locum: ſed ſi per vim
virgo capiatur, & carnaliter cognoſcaṫ, tunc eſt pro-
priè ſtuprum, & non raptus, vt ēt colligi poteſt ex §.
item lex Iulia. Inſti. de pub. iud. & in §. item lex Iulia.
de vi pub. & ita ſingulariter dixit Alb. in 2. par. ſtatu
queſt. 31. incip. item pone queſtionem, & idem expreſ-
sè dixit Pau. de Caſt. d. l. raptores colum. 1. C. de epiſc.
& cle. Gandin. in ſuo tract. malef. ſub rub. de mult.
queſtio. dependen. a ſtat. car. 2. colum. 3. verſi. item po-
ne quæſtionem. Bal. in q. 306. inci. ſtatuto Placentiæ.
volum. 3. & hanc noſtram ampliationem ſequitur
Marſ. in ſing. 65. ſtatuto cauetur, quod rapiēs. Carrer.
in d. §. circa quartum num. 281.

24 Ex quo ſuccedit, † quod neceſſario debet probari
violentia, & vis, aliàs accuſans de raptu, & non dedu-
cens actus neceſſario concludentes violentiam ſuc-
cumbet. Ita per Ang. in d. l. ſed eximēdi. ff. ne qs eum,
qui in ius voca. Anan. in rub. de rap. & illos referen-
25 do ſequitur Carre. vbi ſupra, num. 282. & ratio † eſt,
quia vt diximus; rapina non fit ſine violentia, vt no.
Doc. in d. l. 1. C. de rapt. virg. & habetur in c. pœnale
14. q. 5. & in l. quo naufragium. in §. pen. ff. de incend.
ruin. & naufrag. & Alexan. in l. 3. in §. quoad prætor,
ff. ne quis eum, qui in ius voca. Quomodo autem, &
quando probetur violentiam interueniſſe, vide infra
in concluſ. violentia.

